Jasme [illegible]

Apol:

ARNOLDI CLAPMARII DE ARCANIS RERUMPUBLICARUM LIBRI SEX.

AD AMPLISSIMUM ATQUE FLORENTISSIMUM SENATUM REIPUBLICÆ BREMENSIS:

Justus Lipsius Epistol. quæst: libro 5. Ep: 11.

Quis ille tam confidens, aut tantis cervicibus, qui audeat Historiam usq; quaq; veram scribere? Quis regum illa κρύφια, & ut Tacitus noster appellat Arcana Imperij prodi vult? Deniq; ubi illa Juvenalis Simplicitas cujus non audeo dicere nomen. *&c.*

BREMÆ In Officina Typographica Johannis Wesselij ANNO CIↃ. IↃ. CV.

Rtárum Camaldulens Ex legato Ill. D. Feliciani de Snogorzow Myscaniz Cap. Varsav. ad Varsaviam

EPITAPHIUM

D M S:

Authori verò consecratum:
Viator
Qui transis
Cedò hoc in loco, siste
Tametsi non erit
qui te doceat
Erit opinor quod te memorem faciet omnium virtutum & humanæ conditionis.
Quod hoc sub tumulo reservatur,
sed parte minore sui

ARNOLDUS CLAPMARIUS. BR.
Christop: Filius: Arnol. Nepos.

Juvenis magno ingenio, triginta annorum, sed insigni supra ætatem doctrina, à Patre honestiss. natus, & à prima pueritia liberaliter educatus,
A qua cùm litteris supra omnium expectationem vacasset, cum Germaniam Angliam, Belgium, aliasque regiones perlustrasset, cum res militares miles ipse didicisset, & jam maturos fructus suos ostenderet, operamque suam primum Magnis Principib. deinde florentissimæ Reipub. Noribergensi devovisset, cum eruditionem suam publicis ingenij monumentis ad invidiam usque testatam fecisset, cum denique in hac mundi fabula laudabiliter personam suam ageret.

Morbo, proh dolor, correptus, quam Febrem vocant continuam, & menses aliquot æger, idque ex decidentia varioque morbi statu, tandem verò virib. paulatim collabentibus cum ingenti fortitudine & pia animi devotione calend. Junij moritur.

Et verò immaturo suo obitu
Omnib. eruditis dolorem, Parenti luctum, æqualibus æmulationem, sibi in hoc mundo, quo omnia fine suo laborant, ærumnarum requiem, fratrib. desolatis æternum desiderium, conditionis humanę & omnium virtutum illustre reliquit exemplum, posteritatemque ad sui spectaculum convocavit.

Tantum fuit Viator
Cujus ne nescius esses voluerunt Pater mæstissimus, & luctuosiss. fratres.

Qui
Quod chariss. filij, & præstantiss. fratris immaturum obitum senili & volentissima sua morte contra jus antevertere nequiverunt
Hunc Lapidem
L M P C
Tanquam æternum summi mæroris & pietatis
MONUMENTUM
ANNO
M. D. CIVI
I C. B.

AMPLISSIMO FLOREENTISSIMOQUE SENATUI REIPUBLICÆ BREMENSIS
S. P. D.

Joannes Clapmarius Med. D.

MATURANTI fratri, heu quondam, meo, rationes & consilia studiorum suorum, propterea quod & tardè inita & adhuc opera quadam ad conficiendum egere videbantur, objectum est ex improviso tam atrox impedimentum, cujus impetu non illa modo, verum etiam spes omnes nostræ simul ferè conciderunt: Cum enim eô properaret, idq; ab ineunte ætate ageret Frater meus, ut erga rempub. litterariamq; studium qualecunq; extaret suum, quod an assecutus sit, pudor est mihi dicere, veruntamen, ut id aliquando posset, omni ope enixus est: id verò ipsum dum sedulò cogitabat, proh dolor, funesta febre corripitur, ex cujus sævitia &

immanitate cum aliquot menſes decubuiſſet, juvenis ætate, &, quod auſim dicere, ingenio florens viribus paulatim collabentibus ex hac vita ad beatarum mentium ſedem emigravit. O interemptas cogitationes, O ſpes inanes noſtras: parentatum eſt manibus tuis, mi frater, non pecudum ſanguine, ſed acerbiſſimo interitu conſiliorum tuorum: Neq; tamen vos, Viri Ampliſſ. fugit, quam adverſa ſæpè fortuna utriusq; noſtrum invaſerit juventutem: quò majore mihi, qui adhuc ſuperſtes ſum, ope nitendum eſt, idq; ut hodierna ſunt tempora, quo iſtorum ſupercilium, quorum injurijs aliorum modeſtia obnoxia eſt, frangere poſſim, qui dum alienis obtrectationibus nominis ſui laudem exædificare cupiunt, fortunamq; ſuam ea vindictæ cupiditate conſolantur, mihi tanto majorem ad majora nitendi cupiditatem conciliant, quanto minus parcunt modeſtiæ atq; innocentiæ meæ: Ceterum, Viri Splendidiſſimi, diu eſt, ex quo Vobis deſtina-

ſtinavit Frater meus particulam aliquam ex cenſu ſuo litterario, verum nihil dum ſuppetijt pro ſplendore veſtro magnum, atq; autoris expectatione dignum: Enimverò erant alia quædam præ manibus, atque ut ita dicam in incude, & jam ferè exaſciata, veluti Tractatus de Jure ſacro: Commentarius de publicis Judicijs: Libellus de Vectigalibus: Libri quatuor de Jure publico: Libri tres de fœderibus: Liber de Magiſtratu: Notæ in Politicam Ariſtotelis: Commentarius in C. Cornelium Tacitum, & id genus alia, quorum quædam penes me ſunt, quædam verò ab alijs dolo malo ſubtracta, quod tolerabilius eſſet, niſi inſuper bonorum Virorum famæ adeò incleménter inhiarent, ut taceam eorundem ventoſos & hordeaceos terrores, contra quos, tantum abeſt, ut me muniam, ut potius iſtiusmodi hominum fumos rideam atq; ſpernam. Sed hiſce relictis præcurrunt de Arcanis Imperiorum Libri Sex, quos ego ex magnorum aliquot vi-

rorum consilio ad Amplit. vestras mitto, adeoq; in lucem do, fretus non tam dignitate rei, quæ tamen non exigua est, quam novitate materiæ: equidem in quibusdam autor.

Avia Pieridum peragrat loca, nullius ante
Trita solo.

Qui enim de Arcanis Rerumpublicarum ex professo scripserit scio neminem, quod ipsum Joannes Bodinus Vir plurimæ Lectionis Multi, inquit, graviter & copiosè de serendis moribus, de sanandis populis, de Principe instituendo, de legibus stabiliendis, leviter tantum de statu, nihil de Conversionibus Imperiorum, & ea quæ Aristoteles principum σοφίσματα seu κρύφια, Tacitus Imperij arcana vocat, ne attigerunt quidem: hæc ille: an quod periculosum erat illa imperiorum κρύφια in vulgus dare, an verò quod nescio quam deceptiunculæ speciem præ se ferunt, à qua abhorrent severioris notæ homines & capeperata fronte magistri: at enimverò quantum illi

illi nimia ſua peruicacia ne dicam ſuperſtitione alios antecellunt, tanto harum Lucubrationum autor Reipublicæ communisq́; ſalutis amantior videri voluit: malo nunc Viri Ampliſſ. pluribus rebus ſuperſedere commemorandis, & maximis tamen atq; pulcherrimis, quarum illuſtratio ex hujus Operis Lectione, quod quidem per ſe breve eſt, at verô & compoſitum & digeſtum plenumque ſine ambitione dicam, publicis rebus, nemini non elucebit, magna, ut ſpero, tum eorum qui legerint voluptate, tum etiam non minori autoris gloria atque commendatione: quò major me ſpes fovet Viri Ampliſſ. huic meæ audaciæ veniam datum iri; equidem ſingularis veſtra erga me benevolentia tacito quodam nutu atque imperio aliquod gratitudinis monumentum à nobis poſtulavit, cujus declarandæ deſiderio atque teſtimonio hoſce Fratris mei Arnoldi Clapmarij Juris & Hiſtoriarum Profeſſoris quondam in Illuſtri Academia Noricorum Labores & Lucubrationes

nes Ampliſſimo atque Splendidiſſimo nomini veſtro inſcribere atque dedicare volui, partim pro jure noſtro, quod cives uterq́; veſtri ſimus, partim etiam, quod quamvis à dignitate rei & à materia ipſa ſatis illuſtres ſint, propter utriusque tamen tenuitatem ab Inclyta Repub. veſtra lucem atque patrocinium aliquod mereri atque mutuari ſtudent: Deus Immortalis Rempub. veſtram adeoq́; univerſum Ordinem ſanctiſſimum diu florentem & incolumem conſervare velit. B. VV.

MATTHIÆ HUBNERI J.C.
ODARION
AD CLARIS^s. ARNOLD. CLAPMARIUM
JURIS ET HISTORIARUM PROFES-
sorem, Collegam conjunctis-
simum.

ARNOLDE, quâ te mactet adoreâ
Jam cura vatum, quâve Politicum, ob
ARCANA RERUMpublicarum
Edita quæ tibi sex libellis?
ARCANA; verè plenum opus aleæ
Periculosæ, quæ studio tuo
Ex intimis Prudentiæ sunt
Eruta, & egregiè explicata.
Quid his futurum est, si tibi sumpseris
Fingenda rursus principio sui
Tam recta? summos certè honores
Quisq; tibi tribuet merenti.

IN LIBROS DE ARCANIS
IMPERIORUM VIRI CLA.
D. ARNOLDI CLAPMARII
Professoris Historici Politici.

HOC hodie ingenium est multis, ut tempora prisca
Anteferant nostris, tantum laudentq; quod absit
Longius, & nostro dudum se subtrahit ævo.
Tanquam si nequeat dici laudabile quicquam,

Ni prius id series annorum longa probarit.
Haud equidem inficior veteres virtute animisq;
Extendisse suæ latè pomæria famæ,
Atq; illis partes laudis deberier omneis,
Hoc verò doleo atq; queror, quod laus ea fœdâ
Segnitie plures hodiè res presserit, ut dum
Majorum laudem desperat quisq;, se ipsum
Negligit & prorsum sibi nil desumit agendum,
Ac si nil reliquum nobis veneranda vetustas
Fecerit, aut pro se sibi soli cuncta pararit.
Degeneres animi, tandem resipiscite, tandem
Discite, nec nobis Famæ atria fortè reclusa,
Huc studium atq; animi nervos intendite solum.
Ecce meus magno dum se CLAPMARIVS *ausu*
Ingerit in latebras atq; arcana Imperiorum
Et quæ tot populis, quæ tot jam clausa per annos
Quærit ad illa aditum, multi ævi cuncta perrerrans
Indefesso animo, tandem & plenâ ingreditur vi,
Involucra expediens, extricatusq; recedens
Cognoscenda foras servandaq; regibus edit:
Quæ, Dî, fama Virum sequitur? quæ gloria famam?
Qui veterum non sponte sua concesserit illi?
Etsi primitiæ sunt tales, consequa messis
Qualis erit? quæ nunc pleno se ostentat in agro.
Dî superi, merito vitam producite solum,

Et merentur

Et merentur avos alij, veterumq́ labores
Cum paucis mihi, quos mirer, CLAPMARIUS esto.

Officij & Amicitiæ
testandæ f.
Michael Piccartus Profes.
Organicus.

AD EUNDEM CLARISS. AUTOREM.

SI Medicos laus digna manet, qui arcana recludunt,
Unde hominis corpus debile sentit opem:
Quæ tua, CLAPMARI, laus est, qui arcana recludis
E quis compages civica sentit opem?
Uno complector verbo; dum arcana recludis,
Non erit arcanum nomen in orbè tuum:
Nomen in orbe tuum clarescet honosq́ manebit,
Et famam extollet candida posteritas.

J. G. H. A.

INDEX

LIBRORUM ET CAPITUM:

LIBER PRIMUS

DE JURE IMPERII.

CAP. I.

OCCULTÆ atque abstrusæ artes Reipubl. constituendæ, atque conservandæ: Rationes & Leges quid apud plebem possint. Simulacra Deorum.

CAP. II.

Variarum scientiarum atque artium arcana sivê σοφίσματα, σόφισματα τῶν χρωμάτων. Belli commenta. ἐνδόμυχον. Doli Medicorum. χωρισμοὶ.. Fictiones Juris. Arcana parietum. Dialecticorum σόφίσματα, peccare in Repub. cum beneficio.

CAP. III.

Arcanum, arcere, arcivum. ἀπόρρητον. Arcana sacra. Βίβλια ἀπόρρητα. arcani milites. Arcanorum præfecti. Arcana principum quomodo obsignari solita. Arcanum Q. Ciceronis. τεχνόφυον. cella Imperatorum.

CAP. IV.

Σοφίσματα τῶν πολιτειῶν. κρύφια. artes. delinimenta. blandimenta. tela patrum. Imperij arcana: arcana dominationis. arcana domus. arcana inania. jura regni. Fürstliche Reservaten vnnd hoheit.

CAP. V.

Definitio Arcanorum: finis eorundem. boni publici significatio. τὸ κοινῇ συμφέρον. τὸ πολὺ ἀγαθὸν. Egregium publicum. ejus dignitas. Simulationis in magnis negotijs usus est necessitas.

CAP. VI.

Quomodo hęc intelligatur simulatio. duplex prudentia. καλὴ πανουργία. promontoria flectere. Simulatio Tiberij. παλιλλογίαι. Verborum involucra, oratio intorta. artes politicæ.

CAP. VII.

Temporum homines. Media via in negotijs publicis. Simulatio turpis. Simulatio aperta. nimis pressa. Simulandi difficultas. γοργεῖα γυμνά. Dissimulatio suspecta. incomposita.

CAP. VIII.

Arcanorum τύπος. Arcanorum varia genera. Et totius operis partitio sive distributio. Humanarum rerum lapsus & incertitudo.

Arca-

CAP. IX.

Arcanorum fundamenta atque στοιχεῖα: & quod modis differant arcana Imperij â jure imperij. ἀφοσιοῦσθαι. arces sive propugnacula Majestatis atque Imperij.

CAP. X.

Jura Imperij. Jura Majestatis. Sacra regni. Jura regni. Summa rerum. πολίτευμα. Jura sublimia. Fürstliche Landtobrigkeit. Regalia. Imperium. Principatus. Regnum. Potestates. ἐξουσίαι. ὑπερεχόυσαι. Dignitas. culmen dignitatum. autoritas. autoritates Senatus. consilium. arbitrium. autoritas Cæsaris.

CAP. XI.

Definitio Juris Imperij. Quibus in rebus consistat jus Imperij. Et quot sint species sive capita Juris Imperij.

CAP. XII.

Legibus solutum esse. Principatus Romanus solutus legibus scriptis. Quomodo dicitur lex vinci. alios certis legibus solvere. Augustarum potentia in principatu Romano. Provocatio Immortalis Dei ad populum.

CAP. XIII.

Leges dare non accipere. legibus imperare. Legibus fraudem facere nemini licet. Novi Juris repertor Tiberius. Invictum legibus esse.

CAP. XIV.

Jura comitiorum. magistratus creare. candidatos commendare: creationem ratihabere. Deorum secundorum curæ. Cadilesqueri Turcarum.

CAP. XV.

Jus rerum sacrarum. supplicationes publicæ. Penes quos in Repub. Rom. fuerit jus sacrum. Summus Imperator. Summus Pontifex ἐπιστημονάρχης. Quare Christus inter Deos non relatus. Pontificum jus, eorundem profunda ambitio.

CAP. XVI.

Monetas cudere. monetas sua imagine signare. signatam monetam vultu Principis conflare. relligio Romanorum circa monetas.

CAP. XVII.

Jus vitæ & necis. pugio. gladius. condemnatos absolvere. jura ordinis reddere. commeatum concedetere. consilium magnum Venetorum. pœnam differre. sententiam in acta relatam mutare. secunda deliberatio Principis. Judex Μεσόδικος.

CAP. XVIII.

Legatos mittere ac recipere. subditi non habent jus legationis. oratores publicæ causæ. Inter dissentientes cives jus legationis obtinet.

CAP. XIX.

Extrema provocatio. summus

causæ judex. claudere jura manu.

CAP. XX.

Bella decernere. pacem facere. Pacta Caudina. Numantina. Majestas est arma capere injussu Principis. Jura triumphi.

CAP. XXI.

Jura vectigalium sive teloniorum. Imperiales & provinciales collectæ. Reichsstеur. Landt vnd Tranckstеur. Jura nundinarum. Regalia ut differant à jure imperij. Jus postarum. jus dandi civitatem. muniendi.

CAP. XXII.

Imperium militare non est juris Imperij. jura militaria Ducis. Romanorum. ducum libera belli administratio. pro tempore consulere. Volligen gewaldt haben / Hodiernus belligerandi mos ex directoriis. militia Turcica.

LIBER SECVNDVS
DE
ARCANIS IMPERII
SIVE
SOPHISMATIBVS.

CAP. I.

Triplex civilis prudentia. triplex Reipub. status. ex eo nascuntur totidem arcanorum Reipub. species. Quare Aristot. arcana regia alto silentio præterierit. arcanorum præcipui autores.

CAP. II.

Arcana Aristotelica optimatum sive patriciorum adversus plebem. plebis significatio, plebs mavult decipi quam cogi.

CAP. III.

Ut à comitijs absit plebs impunè; patricij vero si emaneant ut puniantur: Plebi ad honores via minimè occludenda est. occulta ratio propter quam Tarquinius & Antonius indictis Comitijs ipsi emanserint. Campi Dominus.

CAP. IV.

Ut plebi liceat renunciare Magistratui. Patricio vero non liceat. Sophisma Romanorum adversus

Ap-

Ap. Claudium: Magiſtratus ſummum Imperium non eſt, ac tamen de eo magna ſunt in Republ. certamina.

CAP. V.

Immunitas plebis à Jurisdictione. Plebs tantum ſui rationem haberi cupit.

CAP. VI.

Ut plebi liceat arma non habere, Jus armorum: crimen ſumptorum armorum. armorum poſitio. Armamentarium Romanorum, Venetorum Arſenale.

CAP. VII.

Ut blebi liceat ab armorum exercitio abſtinere, & παρόδως, atque cum diſtinctione. an expediat cives armis exerceri. Artes patriciorum & principum. Equitatus Romanus & Turcicus. Ludificatio M. Rutilij & Germanici in componenda ſeditione.

CAP VIII.

Aliquot alia arcana ſophiſmata. Interceſſio Tribunitia pro Patricijs. Hybernaculorum ædificatio. agrorum diviſio. Coloniarum deductio &c. Sedes ſervitutis.

CAP. IX.

Relligione infatuare plebem. publicè teſtari & cavere plebi de injurijs. Magiſtratus fingere damnoſos. non omnia nimis Ariſtocraticè agere, ἐκ παραγωγῆς agere.

CAP. X.

Alia conſilia Ariſtocratica adverſus plebem. Educatio Juventutis varianda pro forma Reipubl. leges Ariſtocraticæ. leges Romanæ. Quinquennalis Reipubl. redintegratio apud Florentinos. publica munificentia.

CAP. XI.

Arcana Ariſtocratica contra regnum. Virum nimis excelſi animi in bellum ablegare, ſed cito revocare. Offerre urbanos honores & non niſi præſenti. ne quis diu magnum magiſtratum gerat, imò ne bis gerat, eaque omnia ſimulatione minuendæ moleſtiæ. nimis elatum non præcipitare, ſed ſinere ut à ſe ipſo ruat.

CAP. XII.

Factiones alere, ſed cavere ne erumpant, vel arte dirimere. Πολιτικὸν opus. πολιτικὸν σκέμμα: Ne duo ex una familia uno tempore in ſenatu ſint. ne magna Imperia in unâ familia continuentur.

CAP. XIII.

Arcana plebis ſophiſmata contra Optimates. Et quomodo ingenia Democratica diſcernenda ſint à Patricijs & Regijs. Lex Licinia. Lex repetundarum. Liberæ accuſationes. ne plebs penuria laboret.

CAP. XIV.

Arcana Democratica contra regnum. jurare neminem paſſurum

regnare. bona regia diripere. destruere domum ejus, qui regnum affectat. regum imagines abolere, memoriam damnare. Statuas frangere. Innominabiles. Imperia non prorogare. cavere intestina bella. ὠδῖνες Rerumpubl.

CAP. XV.

Arcana regia sive arcana Imperij contra plebem, πρόφασιν ac titulum excogitare occupati Imperij. colorem quærere. Lex regia, sive lex Imperij. Lex Valeria. Donatio Constantini. Solymanni prætextus ad occupandam Romam. Veneti quomodo sint Domini maris.

CAP. XVI.

Ἀκκισμὸς sive tergiversatio in accipiendo Imperio. εἴρων semper deliberat. Ingerens se suspectus fit. Blæsi inepta recusatio.

CAP. XVII.

Otium plebi auferre; discernere contumaces ab obsequiosis. Αὐθέκαστοι. Contumaces. Elati supra modum hominis privati. feroces. plusquam civilia agitantes. Recalcitrantes Majestati. Modesti. obsequiosi. Obsequio grassantes. Ἀρέσκοι. Placentini. Courtisan. Hoffleute. Et notatur ingeniorum diversitas in magnis civitatibus.

CAP. XVIII.

Arcana regia contra Patricios, ne quis sententiam dicat super comitijs. ne comitia Magistratuum in quinquennium habeantur. Ut consul quinquennio post in provinciam eat. Ne quis proprio sumptu ludos edat. Ut præfecti prætorio sint Viri togati. Viri Principales.

CAP. XIX.

Quarè Tiberius Magistratus & Jurisdictiones Præsidum continuaverit. Duo hominum genera in regno. Quibus potissimum in regno magistratus demandandi sint. Fideles Liebe getreuwen / gutt Käyserisch.

CAP. XX.

Extra Romam creari posse Principem. Peregrinum creari posse Pontificem. Roma sedes Imperij æterna. Pignus Imperij. auspicatô condita. Terrarum domina. Fortunæ sedes. Electio in Imperio. Electoris Palatini dignitas. Interregnum in Imperio.

CAP. XXI.

Ut Certus sit successor, & heres Imperij. consortes imperij, Adminicula Augusti. Munimenta Imperij. Subsidia Aulæ. Subsidia dominationis. Pacta gentilitia de mutua successione. Ἀλληλοκληρονομία. Erbverbrüderung / Omnis mutatio Principum periculosa.

CAP. XXII.

Jura imperij absque aliorum arbitrio

trio

trio tractare. Ne principatus in partes secetur. σωβουλία. Et bonorum consiliorum usus atque necessitas.

CAP. *XXIII.*

Census Senatorum juvare. nimias divitias, nimiamque inopiam in viro magno notare. novos & peregrinos non nimis attollere. Moderata gubernatio.

LIBER TERTIUS *DE* ARCANIS DOMINATIONIS.

CAP. *I.*

ARCANA Dominationis qualia sint: quomodo differant tum ab arcanis Imperij, tum â Jure imperij. quotuplicia sint hæc Dominationis arcana.

CAP. *II.*

Dominatio, Herrschafft. Legitima ac justa Tyrannis. Tyrannica dominatio. Libertas. Modus libertatis. Diffluens licentia. Dominationis vocabula. Dominantia nomina. Imperator, rex, dominus. Cęsar. κύριος τῆς δυνάμεως. regalis census. Instrumenta regni.

CAP. *III.*

Arcana regiæ Dominationis. ne Senatoribus aut Equitibus illustribus liceat intrare Ægyptum. Ægyptus claustrum terræ ac maris. Ægyptiorum artificia ac manupretia formidolosa Principib. Roman.

CAP. *IV.*

Ne liceat Senatori pro arbitrio peregrinari vel extra Romam ire, & ad exercitum. libera legatio. Ne milites domos senatorias adeant: ne legatus Pontificis in Germaniam veniat. Ne quis Romam proficiscatur: Ne quis cursiones publicas instituat.

CAP. *V.*

Ne quis ad Senatum vel exercitum scribat præter Principem. ne quis Principis manum imitetur: ne acta publica evulgentur, nevê penes alium sint quam Principem. Ne quis habeat nobiles ab Epistolis, libellis, aut rationibus. Nomina summæ curæ & meditamenti. Acta, gesta, ὑπομνήματα δημόσια, γράμματα, registra publica. secretæ cartæ.

CAP. *VI.*

Ne quis Prætorianorum aut exercitus studia largitionibus ambiat. Ne cuiquam præter Principem alloqui liceat Prætorianos milites. ne quis præmia militibus det excepto Principe, multo minus stipendia augeat, Prætoriæ cohortes, Janitschari.

CAP. VII.

Ne quis sponte civitatem muniat. Jus muniendi. Lex Romuli. Transilitio murorum. Murorum destructio. Et in transitu quædam de usu propugnaculorum.

CAP. VIII.

Ne quis arcem exſtruat, vel nimis ſplendidè ædificet. Ne quis tribunal militare exſtruat vel aſcendat. ne quis in clypeo ſedeat. Signum dare prætoriæ cohorti. Annulus aureus. fortuna aurea.

CAP. IX.

Ne conſules pecunias ſpargant. Ne quis regia vela ſuſpendat. Principales veſtes. Purpura. Inſcriptio purpurea. Inſignia Imperij: τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα. Excubiæ. arma. comitatus militum. Diadema. Sella. crux.

CAP. X.

Ne mentio fiat hæredis duobus ad Imperium contendentibus & vivo Principe. Principes Juventutis. Augusti. Cæſares. Reguli. Reges Romanorum. Delphinus. Infans. Σολοικισμὸς Galbæ, Corrhois aliorumque in nuncupando hærede.

CAP. XI.

Ne quis ſummam rei geſtæ ad ſe trahat. militiæ auſpicia & gloriam propriam eſſe ſummi Principis. Falſi triumphi.

CAP. XII.

Majeſtas in Principe: ne quis effigiem alterius magis colat quam Principis. Ut pro Principe ſolo vota fiant. Ne quis privata ſacra habeat aut novos Deos: Ne quis quempiam de ſalute Principis conſulat, neu rogatus reſpondeat.

CAP. XIII.

Ne quis Magicam artem faciat. Mathematici, Chaldæi. ne quis niſi apud Regem vaticinia edat. Ne quis cum exule converſetur. Cōventus & conciliabula in Principatu.

CAP. XIV.

Præſidijs ſe munire. armatum, loricatum eſſe. nimia ſecuritas Cæſaris καὶ ἀπαιδευσία in dimittendis Prætorianis militibus. Regalis corporis cuſtodiæ.

CAP. XV.

Non omittere ſedem Imperij id eſt, caput rerum: & diſcutiuntur rationes propter quas Tiberius, Antonin⁹, Juſtinianus, Carolus rex Galliæ, Ammurates ab urbe nō diſceſſerint. Imperatoriæ Majeſtatis eſt pręciſè agere. Gallorum imprudentia in deſerendo Mediolano.

CAP. XVI.

Imperium intra terminos coercere. Metus pro conſilio & prudentia. Limites Imperij Romani ſub Auguſto. Difficultas retinendi Imperij in remotis Regionibus. Reipublicæ diu ægræ neceſſaria quies. Occulta cauſa conjurationis Catilinariæ.

CAP. XVII.

Ne quis impunè Principem etiam hoſtem interficiat. Ut acta priorum Principum conſerventur etiam Tyrannorum. Ne facilè Princeps ſupplicio afficiatur.

CAP. XVIII.

Arcana Dominationis Ariſtocraticæ: Nimiæ largitiones. Nimiæ

affinitates. Ne quis munitam domum habeat. Ne patricius in arce aut Capitolio habitet. Ne penes alios quam Patricios auspicia sint. Ne quis impunè Senatorem pulset aut injuria afficiat. Ne Patricius facilè supplicio afficiatur.

CAP. *XIX.*

Dictatoris creatio & potestas. Ut Patricij soli cum gladijs sint. Ciceronis Cos. Romani Lorica. Lictores, Fasces.

CAP. *XX.*

Ne Senatores, Consules vel Patricij Urbem deserant, aut urbe cedant. ne pax alicunde quam Româ petatur.

CAP. *XXI.*

Ne Patricij cum plebeis matrimonia ineant. ne familiæ deficiant, & ut novæ sublegantur.

CAP. *XXII.*

Ne alterius quam Vernaculæ linguæ usus sit. Crimen alieni sermonis. Linguæ Germanicæ dignitas. Dæmagogi. Tribuni pleb.

CAP. *XXIII.*

Arcana Dominationis Democraticæ. Ne quis civem Romanum vinctum teneat. Lex Porcia. Quiritatio civis Romani. Ut Tribuni sint sacrosancti. Ne extra urbem abnoctent. ut nunquam eorum potestas cesset. Tribunicia potestas. Ne Patricij nimis multos lictores habeant.

CAP. *XXIV.*

Alia quædam famæ & existimationis obtinendæ & communia consilia. Romanorum stupenda magnanimitas. Externa corporis majestas. Magnus animus in rebus adversis.

CAP. *XXV.*

Omnium firmissima Dominationis munimenta. Pietas & cultus divinus. Clementia. Nullæ injuriæ. mitis gubernatio. Fati vis in interitu Principum & Rerumpublic.

LIBER QUARTUS
DE
IURE DOMINATIONIS.

CAP. *I.*

DIVERSITAS Juris publici & privati. In illo magis dominatur Vis & Salus populi quam æquitas. Jus humanum. Jus belli. belli commercia: Militaris Jurisdictionis summa lex, pecunia. Quomodo juri dominationis reliqua cedant Jura.

CAP. *II.*

Jus Dominationis quotupliciter appelletur. Vis potestatis. Vis regni. Vis imperij. Vis Principis. ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου. Ragion di stato. Exceptiones regiæ. Jura exorbitantia. Dispensationes. Juris hujus definitio. Boni publici cura apud Deum & homines. Magnorũ Heroum dicta.

CAP. III.

Qua in re differant Jura dominationis ab arcanis dominationis. Disjunctio honestatis & Utilitatis. Inter Jus Dominationis & Jus Imperij quid intersit. Jus in manu positum, καὶ ἐν χειρὸς νόμῳ. Manu gubernare. manu agere. Manu obtendere. ἐγχειρίζειν τὰς ἐπαρχίας.

CAP. IV.

Quare tantopere hæc Jura Dominationis vapulent, & an merito? Iniquitas bono publico rependitur: Et ponuntur limites sive possessiones hujus Juris. Relligio & fides. Item quotuplicia sint hæc Jura.

CAP. V.

Jura Dominationis regiæ quæ & qualia sint. Aperitio & Jus Asylorum.

CAP. VI.

Statuæ Imperatorum. Aræ. Ædes sacræ. Ecclesia. Jura civitatis & ordinis dare victis hostibus. Asylorum abusus.

CAP. VII.

Raptus Sabinarum Virginũ. Vis necessitatis. Repulsa. Castrẽsis Jurisdictio fori expers. Reip. αὐτάρκεια.

CAP. VIII.

Fratris filiam in Uxorem ducere. Imperator fons ac caput Juris civilis. Matrimonium cũ fratris filia juri civili non repugnat. Princeps ꝓfanus.

CAP. IX.

Ne fœmina ex augusta domo pro arbitrio nubat. Matrimoniorum cura in principibus. Via per matrimonia ad Imperium.

CAP. X.

Prævenire ijs qui nocere possunt. Bella pop. Romani. Diversitas rerum privatarum & publicarum.

CAP. XI.

Ὀστρακισμός. falsa legatio. Exilium Tiberij. Ottonis. Hadriani Pontif. Ludovici XI. miris modis frangere nimis potentes, æmulos adjungere, pecunia exuere.

CAP. XII.

An Sejan⁹. Cęcina. Parmenio alijq; justè interfecti sint. In quo casu ordo judiciarius non observetur. Et an quis possit non accusatus damnari?

CAP. XIII.

Exasperatio criminum & acris animadversio. quomodo crudelitati locus sit in Republ. Punire conjurationis conscios. Punire voluntatem conjurandi.

CAP. XIV.

Imperialis abolitio. Vindicta noxia. Ne in omnia delicta & in singulos autores inquiratur. Locus pœnitentiæ.

CAP. XV.

De conjuratorum filijs & propinquis pœnas sumere, ne ad parentum exempla succrescant. Obsides punire. Extrema consilia. In nomina damnatorum sævire.

CAP. XVI.

Civibus res adimere causâ Reipub.

pub. Hæc jura non tam ex plenitudine potestatis quam ex communi Utilitate metienda esse. Res populi hosti addicere: census agere. Vectigalia indicere. Census sive Losungen anima Rerumpubl.

CAP. XVII.

Jura dominationis Aristocraticæ. Ne quis ex Patricijs Regis vel Principis filiam ducat. Eijcere cives nimis potentes. Ut interfecto domino omnes servi puniantur. Decimatio militum.

CAP. XVIII.

Proscriptorum liberos à Jure ordinis prohibere. Et perfunctoriè ostenditur differentia inter hæc jura Aristocratica & Jura Regia.

CAP. XIX.

Lupanaria admittere. Fœneratoribus atque Usurarijs locum dare: Tyranno interfecto de crimine demum cognoscere.

CAP. XX.

Jura Dominationis Democraticæ. Parricidium Timoleontis: cujusvis parricidij detestatio.

CAP. XXI.

Quomodo Jura hæc inserviant Relligioni. Hæc jura dominationis cedunt divino Juri. Prætextus relligionis. Αὐτονομία. Varietas Relligionum.

CAP. XXII.

Similia exempla cum ex sacris tum ex Jure civili desumpta. Sacrilegium Friderici Barbarossæ. Modus non legitimus, non ordinarius. Quomodo Princeps confirmet ea, quæ non jure facta sunt.

LIBER QVINTVS

DE

FLAGITIIS DOMINATIONIS. ET DE ARCANIS DOMVS.

CAP. I.

Quid sint Dominationis flagitia. quomodo appellentur. Consilia Machiavellistica. Vis Dominationis. Jus concinnatus mendacijs adumbratum. Callidæ & malitiosæ Juris interpretationes. Sanguinaria Justitia. Voluntas cruenta, la cattiva ragione di stato. Gesehrliche Rechten. Domus augusta Hauß Osterreich / secreta noctium.

CAP. II.

Arcana domus: quomodo differant à flagitijs dominationis. Dominationis Magistri. plebis magistri. Particeps secretorum. Arcanorum Arbiter. Imperij æmulos è medio tollere. conjunctam domum sive aulam cum Repub. habere.

CAP. III.

Flagitia dominationis regiæ. Incestus, Nuptiæ illegitimæ. Adulteria perpatrare regni causa. Divortia. dispensationes Pontificum. regio more agere. sine legum metu. regia verba.

 Athei-

CAP. IV.

Atheismus. In fidei negotijs velificare. Sacra diripere: & per Satyram, An Romani pro tempore relligionem interpretati sint. superstitio præstat Atheismo.

CAP. V.

Tarquiniana papaverum decussio. Scelestum consilium Alexandri Pontif. Fratricidia Turcarum.

CAP. VI.

Privatas injurias vi Magistratus ulcisci. Discrimen personæ publicæ & privatæ. Lex Valeria de Sylla. Lex regia de Imperio Vespasiani.

CAP. *VII.*

Percussores & Sicarios immittere. hostem extra castra & exercitum interficere. arma veneno inficere. in fæminas sævire. Ars Romana. cædes Mar. Cos. Romani. Crimē assassinat⁹.

CAP. *VIII.*

Fidē frangere. fœdera violare. fundamentū Reip. Roma: fides. Pejuratiunculæ parasiticæ. invitum cogere ut quod non credit, credat tamen.

CAP. *IX.*

Specie colloquij imponere. Jura hospitij violare. mors Annibalis. Cōmij & Pompeij Columnæ ἀπιστία.

CAP. *X.*

Supplicia Eusebij, Herdinij, Dolobellæ, Vespini, aliorumq;. Dominationis provisores. Imperiorum Artifices. Notorium. Elogium.

CAP. *XI.*

Sine causa bellum inferre. Jus in armis ponere. belli causas ementiri. alios inter se committere. Et nonnihil iniquitatis Romanis aspergitur in occupanda Cypro. Ἀκαιρία.

CAP. *XII.*

Vectigalia tollere. res Imperij alienare. Vectigalia â Carolo IV. oppignorata. Et ἐν παρόδῳ an revocari possint. Ærarium militare Augusti. centesima rerum venalium.

CAP. *XIII.*

Immensæ Donationes sive potius profusiones Principales & an â successoribus retractari possint. Donationes â Parisiensi curia abolitæ.

CAP. *XIV.*

Vectigalia inlicita exprimere. pro umbra, pro aere, pro vita. Commentarij sine rationaria Principum, Jura & artes senatoriæ Pompejus scientissimus Juris publici,

CAP. *XV.*

Ὠτακουσταί. Auricularij. Delatores.

CAP. XVI.

Abusus legis Majestatis. leges exercere. Inquisitio pontificia: sacra & cœlestia arma, Virga autoritatis apostolicæ. affectus humanos tollere.

CAP. *XVII.*

Aliquot alia flagitiorum regiorum exempla. Jus gratiæ dare. Pontificis accusatio apud Universale cōsilium.

CAP. XVIII.

Flagitia dominationis Aristocraticæ. Consulū, dictatorum, decemvirorum, Triumvirorū regia Imperia.

Regem

Regem esse & regio Imperio esse differunt. Aspera Dominatio. Mors Siccij. Proscriptiones Syllæ.

CAP. *XIX.*

Flagitia Dominationis popularis. Libertas vitiosa. Fraus Manlij. rem inter alios controversam sibi adjudicare: Atque obiter discutitur, an recte Cæsarem Brutus interfecerit.

CAP. *XX.*

Ostenditur ratio divisionum & differentiarum in hac materia. Arcana mixtarum Rerump. Imperium Germanorum mixtum.

LIBER SEXTUS

DE

SIMULACRIS IMPERII, SIVE DE ARCANIS INANIBUS.

CAP. I.

Quid sint simulacra Imperij sive Arcana inania. quomodo differant ab arcanis, & jure Imperij, item ab arcanis Dominationis. Libertatis umbra. Inania jubendi jura. Imperium sine re, Imago sine re. blandimenta. Vis ac vera potẽtia. ἀπεικόνισμα εἴδωλον. In Republ. quomodo simulatio locum habeat.

Cap. *II.*

Aliarum rerum simulacra. πέλεργος. ἀπειρόκαλος. infrunitus. Speciosæ inscriptiones librorũ. tumores Poetici. Inania famæ. inania honoris. τὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Πανικά. belli simulacra. Tutanus.

Cap. *III.*

Quotuplicia sint imperiorum simulacra: Simulacra Imperij regij. Magni tituli. Sacerdos Turcicus. regia sepultura.

Cap. *IV.*

Tiridatis regis Partorum inanis & fumosa ambitio. ferrum non tradere. provinciales amplecti. in honore consulari esse. Victis nomen, linguã, habitũ & vestes relinquere. superba nomina. toruli fęminarum.

Cap. *V.*

Simulacra Aristocratici Imperij: non omnia momento immutare. Eadem vocabula Magistratus relinquere, paulatim καὶ βραδεῖ ποδὶ insurgere. cuncta per consules incipere. speciem pristinæ Reip. relinquere.

Cap. *VI.*

Non usurpare novos aut fastuosos titulos. Princeps Senatus, civitatis. plebis princeps. Tribunatus: â regis, Domini, & Jovis titulo abstinere. Servum servorum se appellare. fratrem se profiteri civium. Superstitio & curiositas circa titulos.

Cap. *VII.*

Senatum principem facere comitiorum. ut habeat potestatem creandi minores magistratus, & gerendi. Quæstura Romanorum. Pontifices horum arcanorum Magistri.

Cap. *VIII.*

Altercationes senatui præbere. de omnibus rebus ad P. C. referre. quędam

dam ad senatum rejicere, ut coercitionem luxus, provinciarum postulata, in speciem etiam ea quæ majora sunt, offerre.

CAP. IX.

Decennalia Imperij. Senatui tradere regendas provincias imbelles. Exercitum appellare non suum sed pop. Romani. Senatum appellare caput Imperij. P. conscriptos in oratione præponere Cæsari. Senatui assurgere. via cedere. Senatū appellare dominos suos. Senatui jus vectigalium ad tempus demandare.

CAP. X.

Simulacra imperij Democratici. Varias voluptates ut ludos & spectacula prębere plebi. congiaria militib⁹ & plebi dare. plebem laudare. gratias agere. Hominum, rerum ac temporū ratio in publicis negotijs.

CAP. XI.

Παῤῥησία & libertas dicendi, scribendiq;. Turcarum reverentia erga Principem; plebs natura loquax, & verbis se ulciscitur. rumusculi & pasquilli frustra prohibentur.

CAP. XII.

Ad leviora delicta connivere: quomodo nimijs remedijs delicta accendantur. paucorum supplicio contentum esse.

CAP. XIII.

Multa alia plebi concedere vel indigna. Annonæ curā habere. portoriis liberare plebē. multa alia indulgere, quæ postea revocari possunt. Comitiorū Germanorum summa, pecunia.

CAP XIV.

Aliquot alia simulacra. provinciam solito more intrare, ferias pro more dare. laudes suas audire. summissi fasces. adulari. salutare, invitare plebem.

CAP. XV.

Horum simulacrorum vis ac dignitas in Re-
pub. Alia quædam simulacra Aristotelica. De-
mocratica & Aristocratica. Plebejos consilia-
rios facere. promulgare aliorum decreta, reos
absolvere, nonnullas leges ferre. Non cives,
cives, appellare, ανισοῤῥησία ICorum.

CAP XVI.

Arcana quædam militaria. Iura militaria.
Iura spoliorum, Flagitia militiæ. Arcana mili-
tiæ. Signa dare, è tribunali alloqui milites. si-
gna militaria. aquilas corripere. Simulacra mi-
litaria. milites commilitones appellare. victo-
res gentium. Ab hisce arcanis quomodo diffe-
rat ars militaris.

CAP. XVII.

Arcana quædam communis vitæ. blanditiæ.
Oblata casu flectere ad consilium aliud agen-
do. Videri non intelligere. σώφρων ἀπιστία.
Inimicitiæ clandestinæ maximè noxiæ & in-
placabiles.

CAP. XVIII.

Arcanorum difficultas. & circa has artes pe-
ricula si depræhendantur. quomodo hæc arca-
na adumbranda, ut colorem habeant. Et re-
spondetur ad duo objecta.

CAP. XIX.

Quædam recondita de Imperio Germanico
Mutuus ordinum metus. Membrorum æquali-
tas & συμφωνία Caput Imperij. Prærogati-
va regis Boemię. Supremum imperij judicium,

CAP. XX.

Quædam de Imperio Turcico alijsque Re-
buspub. Constantinopolis sedes Imperij. Pre-
ces publicæ. Alcoranum. Resp. Veneta. De re-
bus decretis ad populum referre.

CAP. XXI.

Vsus & dignitas Arcanorum. Arcanorū Arti-
fices. Cautelæ ICtorum quid valeant in arduis
negotijs. Ratio interpretandi Ius publicū. De-
stinctio officiorum in Repub.

FINIS.

ARNOLDI CLAPMARII
DE
ARCANIS RERUMPUBLICARUM
LIBER PRIMUS
CAP. I.

OCCULTÆ & abstrusæ artes Reipubl. constituendæ atq; conservandæ: Rationes & leges quid apud plebem possint: Simulacra Deorum.

DUO sunt potissimum, quæ in considerationem veniunt in omni Republ: componenda conservandaq;. Primum non est unius generis, sed spectat tum securitatem eorum, penes quos est, ut ait Aristot: πολίτευμα id est summum Imperii Jus, tum etiam pertinet ad præsentem Reipubl. statum confirmandum atq; conroborandum. Nam præterquam quod, ut D. Augustus olim dicebat, *cùm omnia quæ præclara sunt, tum imprimis summum Imperium cum invidia conjunctum est*, per multi vel satietate præsentis Reipubl. vel animi mobilitate novis Imperiis student, qui facile, nisi illis obex aliquis opponatur frenumq; injiciatur, Rempubl. occupabunt,

Salus Reip. consistit primò,

In securitate eorum qui imperant, præsentisque Reipubl. diuturnitate.

 pabunt,

CAP. I.

pabunt, & ijs qui Principatum in Republ. obtinent, violentas manus adferent. Quæ causa est ptopter quam nonnunquam quibusdam institutis opus est, quæ & Juri communi derogant, & speciem quandam iniquitatis repræsentant, ad quam tamen connivendum est boni publici causa: Quod ait Cassius apud Tacit. 14. Annal: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur:* & Jason ille apud Plutar. in Polit. ὡς ἀναγκαῖον ἀδικεῖν τὰ μικρὰ, τοὺς βουλομένους τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν: *A justitia in parvis negotiis nonnunquam deflectas, si usurpatam eam voles in magnis.* Alterum est ut iis quibus fenestra ad Imperium atq; dignitates occlusa est, obtrudantur tamen imagines sive simulacra quædam cùm Imperii tùm libertatis, quorum specie sese nutrientes, & veluti lactantes ab ipsa Imperii vi ac dominatione abstineant: quæ simulacra, si speciosa sunt, immane quantum plebis oculos mentemq; perstringant. Nam ut eos qui libertatis amantes sunt, vel Imperii auidi, in officio contineas aperta ac regia viâ, frustra es; quippe apud quos nullus locus est rationis, nullus aut legum aut philosophicorum præceptorum usus: quem cum ineptè ac ridiculè apud plebem quæreret Musonius quidam studia philosophica & placita Stoicorum sectatus, periculo & cachinnis se exposuit. *Venerant*, inquit Historicus 3. Histor. *Legati ad milites seditiosos de pace: Ibi Musonius, [erat enim equestris ordinis] se Legatis miscere, permixtus manipulis bona pacis ac belli discrimina differere, armatos monere: verum id plerisque ludibrio fuit, pluribus tædio, nec defuêre qui eum propellerent proculcarentque, nisi admonitu modestissimi cujusque, & alijs minitantibus omisisset intempestivam sapientiam.* Etenim ἐν αἰνιγμοῖς, & veluti per ambages atq; simulacra plebs tractanda est, quæ ubi libertatis aut imperii imagine teguntur, majorem speciem præ se ferunt quam reipsa habent. Quo consi-

Secundò in quiete & patientia populi.

Rationes & præcepta legum parum valent in populo.

Musonii ἀκαιρία.

Αἰνιγμοὶ adversus plebem.

consilio antiqui Scriptores simulacra Deorum & φάσματα illa ultra modum humanum descripserunt, terriculamenti causa. Plinius: *Offertur ei*, inquit *mulieris figura humana grandior:* & Satyricus, *Tua sacra & major imago*

Humanâ turbat pavidum cogitq́ fateri.

Hinc Virgil. *Simulacra modis pallentia miris.* Quod etiam de voce usurpat Livius lib 5. *in Nova via vocem noctis silentio audivisse clariorem humana:* Et de primoribus Romanorum ibid. *Galli* inquit *venerabundi intuebantur in ædium vestibulis sedentes viros præter ornatum habitumq́ humano augustiorem, majestate etiam, quam vultus gravitasq́ oris præ se ferebat, simillimos Diis; ad eos veluti simulacra versi cum starent, &c.* Eadem fuit ratio eorum, qui malas expandebant dentibusq; collisis crepitabant; unde Manduci dicebantur: Græcis Μορμολυκεῖον, de quo Juvenal.

CAP. II.

Simulacra & Sermones Deorum supra humanum modum.

Externa majestas Senatus Romani.

Μορμολυκεῖον. Manducus.

Tandemq́ redit ad pulpita notum
Exodium, cum persona pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.

Ceterum sunt hæc simulacra inania, cassa, fumosa, ac veluti hordeacea, ut Cœlii verbo utar: Illa verò Arcana, occulta & valida Imperii fundamenta, & ut Curtius ait lib. 9. ex solido, quibus convenit illud Poetæ:

Solida Imperii fundamenta.

Sit solidum, quodcunq́ subest, nec inania subtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.

CAP. II.

Variarum scientiarum atq; artium arcana sive σοφίσματα. σοφίσματα τῶν χρωμάτων. Belli commenta, ἐνδόμυχον, Doli Medicorum, χωρισμοί, Fictiones Juris Arcana parie-

CAP. II.

tum, Dialecticorum σοφίσματα, peccare in Repub. cum beneficio.

Ac nescio, an ulla sit scientia, ullave in rebus humanis conditio, in qua non hujusmodi repperiantur vestigia. Hinc Niceph. Greg. 11. Histor. *arcana* vocat *Theologiæ, quibus inhiat vulgus ut herbis & pascuis armenta.* Et Justinianus: *Legitimis.* inquit, *arcanis Jurisprudentiæ reseratis:* & in l. 5. C. ad l. Jul. Mai. *Consiliorum arcana.* Sic in mercatura sive contractibus, sunt doli, quibus aliud agitur, aliud simulatur agi, ut ait Servius l. 1. ff. de dolo. Ars pictoria habet sua σοφίσματα τῶν χρωμάτων, sive colorum fucos, quorum in adumbratione sive obfuscatione usus est. In rebus bellicis sunt stratagemata circumveniendi hostis excogitata: Unde ab Ammiano appellantur *belli commenta*, a Tac. *meditamenta*, & a M. Tullio & Livio lib. 4. omnium magnificentissimè *consilia atque artes Imperatoriæ*. Quam calliditatis partem Valerius Max. egregiam vocat, & ab omni reprehensione procul remotam; veluti, suspicionem fugæ inducere, hostis agros intactos rellinquere, & id genus plura. Sic in re domestica est ἐνδόμυχον id est arcanum de re familiari, de quo Cic. ad Att. Epist. 14. lib. 5. Medici, qui, ut ait Plato, Reipublicæ imago sunt, suos habent dolos, quibus ægros circumveniunt valetudinis restituendæ causa. Ideo *pueris*, ut canit elegantissimus Lucret; *absinthia tetra medentes.*

Arcana Theologiæ.

Arcana Iurisprudentiæ.

Doli in contractibus.

σοφίσματα τῶν χρωμάτων.

Commenta belli.

Consilia Imperatoria.

ἐνδόμυχον.

Medicorum doli.

Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Ut puerorum ætas improvida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthi laticem, deceptaque non capiatur.

Et Plin. in Epist. *Nam si Medici salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur &c.*

Sic

B.

Sic Horat. lib. 1. Serm: *Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima.*

Eodem fere modo stipendii dationem Tribuni apud Livium lib. 5. appellant, *donum inimicorum veneno illitum.* Mathematici etiam quibusdam utuntur fictionibus, quas Aristot. χωρισμὸς appellat, a quibus tamen abest ψεῦδος: quibus etiam similes sunt Jurisconsultorum fictiones illæ, atq; imaginariæ venditiones. Sed & parietes arcanorum conscios esse scribit Marcell. lib 14. & Tragicus in Octav. *Arcanos sensus*, sicut & Virg. *arcanos etiam tibi credere sensus.* Porrò omnium frequentissimè Disputatores sive Dialectici sua usurpant contorta & aculeata sophismata, ut Cic. appellat in Academ. quorum beneficio veritatis fenestra panditur. Horum omnium exemplo viri Πολιτικοὶ, & in qualibet Republ. Principes, utuntur arcanis quibusdam sophismatibus, quibus imponunt hominibus factiosis, & Reipubl. salutem ab eorundem injuriis vindicant. Illud est quod M. Tullius lib. 3. de Nat. Deo. appellat, peccare in Republ. cum beneficio; de quo etiam Paterc. lib. 2. *Cicero insito amore Pompejanarum partium Cæsarem tamen laudandum censebat, quod aliud diceret, aliud intelligi vellet.*

χωρισμοὶ Mathematicorum. ICtorum fictiones.

Dialecticorum aculeata sophismata.

Peccare in Republ. cum beneficio.

CAP. III.

Arcanum, arcere, Arcivum ἀπόῤῥητον. arcana sacra, βίβλια ἀπόῤῥητα, arcani milites, Arcanorum præfecti. Arcana principum quomodo obsignari solita, Arcanum Q. Ciceronis. πυχνόφυον, cella Imperatorum.

CAP. III.
Arcanum ab arcendo.

ARcanum, inquit Festus, *trahitur vel ab arce, tutissima pars urbis est, vel à genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeò remotum à noticia vulgari, ut ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur; vel ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent, cujus ipsius origo ab arcendo pendet.* Optimè omnium ab arca & arcendo. Unde etiam arcus παρὰ τὸ ἀρκεῖν. Est enim arcere quod continere; quod Tac. coërcere. *Coërcendi* inquit *Imperii consilium.* Unde Arcivum, vel archivum, alias Græcis Ἀρχεῖον, in quo hujuscemodi arcana conservantur. Arcanum in vet: glos: ἀπόῤῥητον, *Arcanum secretum, inauditum,* & ἀπόκρυφον, *absconditum, abditum, absconsum.* Ceterum arcana consilia laxè ea dicuntur quæ evulgari nefas est. Valer. Max. *Adeo autem magna charitate patriæ omnes tenebantur, ut arcana consilia patrum conscriptorum nullis seculis nemo Senator evulgaverit:* & Tac. 12. Annal. *Arcanum fœdus,* & de mor. Germ: *Arcana sacra & conjugales dii.* Unde Arcana Veneris, & arcana Cereris apud Poetas. Horat. 3. od. 2.

Archivum. — ἀπόῤῥητον. — ἀπόκρυφον. — Arcana consilia. — Arcanum fœdus. — Arcana sacra.

Arcana Cereris.

Vetabo qui Cereris sacrum
Vulgarit arcana,

Justin. lib. 5. vocat Cereris mysteria: Sic apud Suidam sunt βίβλια τὰ ἀπόῤῥητόν τι ἔχοντα, hoc est *arcani libri,* & apud Ammian: *Arcana piacularia.* Hinc quoq; *arcani milites* olim, teste eodem Marcell: dicebantur illi, qui ultro citroq; per longa spatia discurrentes, vicinarum gentium strepitus Romanis ducibus intimarent, quos alias *scrutatores* & *speculatores* appellat Sueton: Græci κατόπτας: dicebantur & *scultatores,* ut emendavit Cuiac. Unde apud eundem Marcellin. *Arcanorum Præfecti.* Ideo Angli in bellum euntes, teste Frossardo, jurant se arcana consilia non evulgaturos. Et Turca re quapiam decreta dicitur Bassas sive Visieros suos secum aliquamdiu in venationem soli-

Arcana piacularia. — Arcani milites. — Scrutatores. — Arcanorũ præfecti.

tudinemq; ducere, quo illis occasio adimatur vulgandi decreta sive arcana bellica. Et olim teste Curtio lib. 4. mos erat. *Persarum arcana regum mira celandi fide, non metus non spes eliciebat vocem, qua proderentur occulta.* Hujuscemodi arcana ab Impp. Romanis duplicib. tabellis obsignabantur. Herodia. in Maxim. οἷς ἔδωκε κατεσημασμένα γράμματα ἐν πτυκτοῖς πίναξι δι' ὧν τὰ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ ἄγγελιατα τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιστέλλεται; *Quibus etiam dedit litteras duplicibus obsignatas tabulis, per quas arcana occultaq; negotia significare Imperatores consueverunt.* Hinc identidem significationem sumsisse opinor illud prędium de quo Cic. Epist. 2. lib. 10. ad Att. *Sustinui me in Arcano fratris, ut dum aliquid certius affertur, occultiore in loco esse possimus.* Quale etiam fuit τεχνόφυον Augusti & cella Imperatorum de qua idem Herodia: in Max: ἐπιστῆναι ἔτι δικάζοντι, καὶ ἀνακεχωρηκότι τῷ Βιταλιανῷ ἐν τῷ τοῦ δικαστηρίου οἰκίσκῳ ἔνθα μόνος τὰ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ δοκοῦντα ὑπὲρ σωτηρίας ἠρεύνατε καὶ ἐξήταζε: *Jubet eum accedere intra cellulam ubi res secretas atq; arcanas ad salutem Principis pertinentes perscrutari consueverant*: de quo loco intellige illud Attij:

Ut omnes, qui arcana asteumq; incolunt,
Cives ominibus faustis augustam adhibeant faventiam.

Arcana Principum quomodo obsignari solita.

Arcanum Q. Ciceronis.

τεχνόφυον.

Cellæ Imperatorum.

Arcana urbis.

CAP. IV.

Σοφίσματα τῶν πολιτειῶν. κρύφια. artes. delinimenta. blandimenta, tela patrum. Imperii arcana. Arcana Dominationis, arcana domus. arcana inania, jura regni. Fürstliche Reservaten und Hoheit.

CAP. IV. EADEM significatione dicuntur Arcana Rerumpublicarum, quæ tamen multifariam apud Scriptores appellari repperio. Arist. 5. Polit c. 8. vocat ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ ΣΟΦΙΣΜΑΤΑ, alibi ΚΡΥΦΙΑ. item κατασκευάσματα. Interpp. verterunt *machinamenta, Rerumpublicarum figmenta, fallacias.* Sic Aristoph. τὸ γὰρ σόφισμα δημοτικὸν χρήσιμον. Livius lib. 2. blandimenta: *Multa blandimenta*, inquit, *plebi per id tempus data*: Ibid. artem: *Arte agendum in exoleto jam vetustate odio*: Ideo qui hæc arcana callebant vocat Artifices. lib. 6. *Artifices tot jam annorum usu tractandi plebis animos*: h. est ut ait Cic. *quorum tanquam manus opere sic animus usu concalluit.* Idem Livius appellat *delinimenta* lib. 4. Nonnunquam *Patrum tela.* ut lib. 5. *aliud telum patres inventuros* esse. item *ludificationem* lib. 6. Cicero. *Arcana Reipubl.* Tacitus lib. 2. Annal. IMPERII ARCANA. *Haud dubium erat*, inquit, *arcana Imperii tentari.* ibidem ARCANA DOMINATIONIS & ARCANA DOMUS; alibi *secreta Imperii.* Polyb. ἐπίκρυφα, vel ut est in gloss. ἀπόκρυφα. Ejusdem farinæ sunt illa apud Tacit. ARCANA INANIA, *subdola.* item *Imperii simulacra.* Gloss. ἀπεικονίσματα, ὑποκρίσματα. item φαινόμενα. Quibus etiam non absimilis est Platonica εὐπροσωπία, & Milesii lex ἐνόφθαλμος q. dicas personata lex. Item προσωπεῖα & Oscilla Aristoph. Unde Nonius, *osciculatim* id est *simulatim*. Sunt enim actiones publicæ veluti comædiæ in quibus persona sumitur ac deponitur, & ut canit Satyr. *vera redit facies, dissimulata perit.* Vulgo occulta consilia, quamvis hæc plerumq; in malam partem accipiantur. Cic. de Arusp. resp. *Monent iidem ne occultis consiliis respubl. lædatur*: & Tac. 2. Ann. *credidêre quidam data à Tiberio occulta mandata.* Hinc etiam Tac. tentare Imperii arcana. *Et vulgare Imperii Arcana*: & Juven. *Arcanum prodere*; & in privatis negociis, *nuda-*

Marginalia: Τῶν πολιτειῶν σοφίσματα. — κρύφια. — Ars. — Artifices. — Delinimenta. — Tela Patrum. — Ludificatio. — Arcana Imperii. — Dominationis. Domus. — Arcana inania. — εὐπροσωπία. — Occulta consilia. — Vulgare Imperii arcana.

nudare intima atq; secreta negotii aperire l. 3. D. de recep. qui arbit. & secreta patrimonii pandere l. 2. C. de alim præst: Huc accedunt *Jura Dominationis*, sive ut Curt. JURA REGNI, Itali, *ragione di dominio*: Germani arcana Imperii non efferunt, quod sciam, nisi forte per **gehäime Reichssachen**/ neque arcana aut Jura Dominationis, nisi per **Käiserliche oder Fürstliche** reservaten **und Hoheit**. Nullam enim causam video, quin hæc omnia inter Rerumpubl. arcana referas: quæ tamen singula inter se plurimum differunt, adeoq; subtiliter discriminanda sunt, ut ex sequentibus liquebit.

Iura Dominationis. Iura regni. Gehäime Reichssachen.

CAP. V.

Definitio Arcanorum, finis eorundem. Boni publici significatio, τὸ κοινῇ συμφέρον, τὸ πόλει ἀγαθόν. Egregium publicum, ejus dignitas; simulationis in magnis negotiis usus & necessitas.

CAP. V. Quid sint arcana Rerumpubli.

ARCANA Rerumpublicarum sic definio; esse intimas & occultas rationes sive consilia eorum qui in Republ. principatum obtinent, tum ipsorum tranquillitatis, tum etiam præsentis Reipubl. status conservandi, idq; boni publici causa, & fere sunt talia quibus, ut ait Vell. lib. 2. *aliud dicitur, aliud intelligitur*, sive ut de dolo scribit Servius *aliud agitur, aliud simulatur agi.* Quæ singula si lubet aliquanto putemus accuratius. Dico esse occulta consilia, & sunt certè δυσεξίμετα, tùm quod ea vulgus non facile perspicit: quod enim de sacris Poetæ, *odi profanum vulgus & arceo*, nos non im-

CAP. V.

meritò de Arcanis usurpemus, tum etiam quod plerumq; clanculum ijs imponunt, qui præsentem in civitate statum videntur odisse. Porrò finis eorum duplex est: salus & diuturnitas præsentis Reipublicæ: hoc est, ne in aliâm formam mutet; Et eorum securitas qui imperant: Sic enim Herodia. in Maxim. τὰ ἀπόῤῥητα καὶ κρυπτὰ δοκοῦντα ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ βασιλέως; *Secreta atq; arcana ad salutem principis pertinentia.* Illud est Bonum publicum ut à Vell. lib. 2. usurpatur: *Gracchus Octavio collegæ pro bono publico stanti imperium abrogavit:* quasi dicas bonum populi, vel ut est in vet. gloss. *bonum pupulicum.* Unde bona populi Rom. sola dicuntur publica l. 15. De V. signif: Et in l. 1. D. De usurp. & usuc. *Bono publico usu capio introducta est.* Arist. 4. Polit. c. 8. vocat τὸ κοινῇ συμφέρον, τὸ πόλει ἀγαθόν. Tacitus 3. Annal. *Egregium publicum:* cui à Livio lib. 2. opponitur *Pessimum publicum:* à Vellejo *malum publicum:* Quinimò habent hæc consilia nonnunquam speciem aliquam fraudis atq; iniquitatis, à se & simpliciter considerata, sed respectu publici boni, & status Reipubl. tolerantur. Quid ni enim? cum boni publici tanta sit relligio atq; cura, ut ei omnes humanas affectiones, omniaq; consilia meritò postponamus: id quod minimè metiendum est respectu rerum privatarum, *quæ teste Livio lib. 2. semper offecere officientque publicis negotijs.* Ceterum simulatio quædam sunt arcana Rerumpubl. quæ veluti glaucoma obducitur civibus, ut illud quod non habeant, tamen se habere putent, quare freti præsentem Reipublicæ statum ne turbent: de quo Livius lib. 2. *Tanta inquit, tum gratia, tum arte præparaverant fœneratores, qua non modo plebem, sed ipsum etiam Dictatorem frustrarentur:* Sed est simulatio honesta, sed licita; quæ si in privatis contractibus locum habet veluti Labeo dicit. in d. l. 1. D. de dolo mal: posse sine dolo malo aliud agi. aliud simulari, quanto magis in publicis negotijs, quorum

Finis Arcanorum.

Bonum publicum.
Bonum populicū.

Bona publica.

τὸ κοινῇ συμφέρον.
τὸ πόλει ἀγαθόν.

Egregium publicum.
Pessimum publicum.

Ejus cura & dignitas.

Arcana hæc sunt simulationes licitæ & honestæ.

quorum majus momentum est, majorq; dignitas: quod monet M. Tullius lib. 10. Epist. 9. *Ut ad effectum consiliorum suorum veniant, multa oportet simulent inviti, dissimulentq; cum dolore*, & Poeta 4. Aneid.

CAP. VI.

Simulationis usus & necessitas.

Arma parent, & quæ sit rebus causa novandis
Dissimulent. Et apposite Livius lib. 5. *Comitijs* inquit, *Tribunorum militum patres summa ope evicerunt, ut M. Furius Camillus crearetur: propter bella simulabant parari ducem, sed rogationi Tribunicia adversarius quærebatur*. Et de immortali Deo, qui nihil est nisi justum ac bonum, sacra sapientia lib. 11. *Tu omnium misereris quoniam potes omnia, & dissimulas hominum peccata ut resipiscant*. & de Saule Samuel. 1. c. 10. *Filij impij despexerunt eum, neq; attulerunt ei ullum munus: ipse vero erat veluti surdus*. Hinc Aeschylus Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός. *A fraude justa nec Deus quidem abstinet*. Quo pertinent illa Taciti: *Intelligebantur artes, sed pars obsequij in eo ne deprehenderentur*. & alibi lib. 1. Annal. *Patribus erat unus metus ne intelligere viderentur*. & illud Comici Syri ad Dromon. *Tu quod scis, nescis, si sapis Dromo*.

CAP. VI.

Quomodo hæc intelligatur simulatio: duplex prudentia: καλὴ πανουργία. promontoria flectere. Simulatio Tiberij, παλιλλογίαι. Verborum involucra, oratio intorta, artes politicæ.

Duplex est apud Arist: prudentia, alias simpliciter sic accepta, alia vero pro ratione Reipubl.

Duplex prudentia.

CAP. VI.

Hanc calliditatem ac ſimulationem appelles: Sicut etiam apud Medicos, teſte Galeno, aliud eſt ſalubre ſimpliciter, aliud febricitanti. Et in Jurisprudentiâ aliud eſt juſtum ſimpliciter, aliud pro hac vel illa republ. hâc vel illa gente, unde Ariſtoteli excidit illud δίκαιον πολιτικόν, & Baſilio καλὴ καὶ ἐπαινετὴ πανουργία. Ceterum in tranquilla Republ. & ut ait Cic. in Platonis Politia prioris uſus eſt, poſterioris in turbata & in fœce populi, in qua multa fiunt, *cum dolore agentium*, ut ait Cic. vel ut Tac. 3. Annal. *cum pudore*: veluti ad multa facinora tacere, legatos diſſentiẽtes mittere, diſcordias ſive ut dicebat Cato oppoſitiunculas ſerere inter primates, principũ facta attollere, velut Tacit: ait de Burrho: *Burrhus mœrens ac laudans*. Ideo Livius lib. 4. *Ut fortaſſe verè, ſic parum utiliter ad præſens certamẽ reſpondit*: Idq; haud abſurde vetus Poeta: *Cum contendi nequitũ eſt, clam intendenda plaga*: quod nautæ vocant promontorium flectere. Quibus artibus quod Tiberius inſtructiſſimus fuit, ideo ejus verba plerumq; Tac. appellat *obſcura, ſuſpenſa*, nunc *perplexa*, nunc *eluctantia*, nunc *verba in ſpeciem recuſantis compoſita*: Græci πλοκὰς καὶ παλιλλογίας, ἀμοιβαίους λόγους. in vet. gloſſ. παραπρεσποιηθέντα. Plautus, *orationem intortam*. Cic. *verborum involucra*, Dion ἀρέσκειαν καὶ ὑπόκρισιν: quorum nonnulla fortaſſe ſi accurate conſideras, quo loco tum ipſe erat Tiberius, tum Rom: Reſpublica, non tantopere deteſteris, quamvis ut Auguſtinus ait, ſine culpa non ſunt. At Plato. lib. 5. de Republ. συχνῷ τῷ ψεύδει, καὶ ἀπάτῃ δέησειν χρήσασθαι τοὺς ἄρχοντας, ἐπωφελείᾳ τῶν ἀρχομένων, *Crebro mendacio & fraude imperantes uti oportet ad commodum ſubditorum*. Et quis eſt adeo ſui potens, alterius verò ſalutis oblitus, qui à viro magno poſtulet, ut omnia ſenſa ex animi ſententia coram quovis expromat. Quanto rectius Philos. c. 3. Eth. lib. 4. Vir magnus, inquit, utitur libertate in loquendo & veritate, non verò loquitur ad voluntatem aliorum: *reticet etiam & diſſimulat apud*

ἐπαινετὴ πανουργία.

Mœrere ac laudare tamen.

Suſpenſa, perplexa, eluctantia verba.

πλοκαὶ καὶ παλιλλογίαι.

Verborum involucra.

παραπρεσποιηθέντα.

Mendacia in Republica.

Simulatio μεγαλοψύχου.

apud infimos, indignos nimirum, quibus omnia sua consilia dicta factave aperiat aut communicet: Ideo in vet. gloss. dissimulare est σιωπᾷν. At enimvero sunt limites hujus artis, quos egredi impune non licet, ut sunt fides, honestas, virtus: quorum qui obliviscitur, non amplius prudentis aut politici nomen meretur, sed vafri, astuti, ac nefarii hominis: Qui si politicus appellandus est, major est hoc tempore Politicorum proventus, quam magistellorum qui in scolis plorant, &, ut ait ille, *ternas docent*. Civilis autem scientiæ longè aliæ rationes sunt, quam vulgus putat, veluti aliorum animos occupare, miris modis sententiam extorquere, in suam sententiam allicere, & id genus alia; quemadmodum apud Salust. Metellus ille *Legatos Jugurtæ qui ad illum cum suppliciis venerant, alios ab aliis diversos aggreditur, ac paulatim tentando, postquam oportunos sibi cognovit, multa pollicendo persuadet*. Hisce nimirum artibus opus est in magnis & publicis negotiis.

CAP. VII. σιωπᾷν. ψευδοπολιτικοί. Variæ artes politicæ.

CAP. VII.

Temporum homines. Media via in negocijs publicis. Simulatio turpis. Simulatio aperta. nimis pressa. Simulandi difficultas. γοργεῖα γυμνά. Dissimulatio suspecta, incomposita.

De Francisco Soderino Cardinali & viro acuto memoriæ proditum est, eum dicere solitum, nihil homini petenti excelsa, & præsertim in aulæ fortuna versanti, vel usu melius vel expeditius esse, quam duabus omnino sellis sedere, vel ut ait

CAP. VII.

Πολιτικῶς se gerere, καὶ τὴν μεσωγεμμὴν tenere.

ille τὴν μεσωγεμμὴν tenere, si absq; certa offensione fieri possit, quorum nihil unquam ex toto in alterum aleæ inventum sapienti periclitandum esse videretur: Itaq; reliquis Cardinalibus à Pontifice deficientibus hic Soderinus solus mansit, tanquam consiliorum Pontificis Speculator. Hujuscemodi *temporum homines* ut à Cornel: appellantur, in quodam depinxit Claudianus.

Tempori insidiari.

Libravit geminas eventu judice vires
Ad rerum momenta cliens, seséq; daturus
Victori. Ardua sane res ac periculosa, præsertim in magnis & præruptis negotijs. Verius meo judicio Pontius ille apud Livium lib. 9. *Media via est, quæ neq; amicos parat, neq; inimicos tollit.* Et apud eundem lib. 35. Quintius ille. Cos Romanus ad Achæos. *Quod*, inquit, *optimum esse dicunt, non interponi vos bello, nihil tam vanum aut tam alienum à rebus vestris est: quippe sine gratia præmium victori eritis.* Ubi addit Livius: *Nec inquit absurdè dixisse visus est Quintius.* Idem ait Tac. de Valente lib. 3. Hist. *Mox utrumq; consilium aspernatus, quod inter ancipitia deterrimum est, dum media sequitur, nec ausus est satis, nec providit.* Atenim vero, quicunq; hanc scenam agere decenter volet, à duobus cavere debet: Primo à simulatione turpi; deinde ab aperta: Est enim simulatio, quæ non tantum in vitiorum confinio posita est, verum etiam quæ ipsas possessiones intrat sceleris & flagitij. Deinde opera danda est, tum ne nimia sit simulatio, nimis enim pressa erumpit, tum ut simulatè tegatur. Nam ut ait Comicus.

Media via in præruptis negociis periculosissima.

Simulatio nimis pressa erumpit.

Doli non sunt doli, nisi astu colas

Et pulcre Lyricus. *Si quid inexpertum scenæ committis & audes*
Personam formare novam, servetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet.

Simulans ab omni parte sibi constare debet.

Aliâs

Aliás enim fiunt γεργύρα γυμνά. Tiberius astutissimus ceteroquin princeps, occiso Germanico, ut indueret luctum contra animi sui sententiam, laruam sibi ipsi detraxit; partim quod non simulatè texit, neq; vero tunc temporis potuit; *aberat quippe* inquit Tacitus *adulatio*, *gnaris omnibus lætam Tiberio Germanici mortem male dissimulari*, partim quod nimis tegere studuit, dum ingentem luctum super Germanici obitu ementitur, inquiens. *Defleo filium meum semperq; deflebo:* quod falsum fuisse ex eo constat, quod paulo post discusso hoc, si dîs placet, luctu, ad munia Reipubl. reversus est. Ideò acer scriptor argutè: *Periisse Germanicum nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.* Sic cum quidam factum suum nimis diligenter & curiosè excusaret, Plinius lib. 1. Epist: *Respondi*, inquit, *nunc me intelligere malignè dictum, quia ipse confiteretur, ceterum potuisse honorificum existimari.* Difficulter enim vultus oratio atque actio ita tegitur, ut non appareat. Cœlius de Pompejo: *Quam orationem habuerit tecum, quamq; ostenderit voluntatem, solet enim aliud sentire aliud loqui, neq; tamen tantum valere ingenio, ut non appareat quod sentiat, fac mihi perscribas.* Ac sæpe dissimulatio seipsam prodit, veluti Vitellius nimiam securitatem ementitus suppresso Vespasiani nomine, magis de Vespasiano famam aluit. Quanto melius Eumenes, ut Perdiccam occisum, se ut hostem à Macedonibus judicatum bellumq; Antigono decretum cognovit, ultrò militibus suis indicavit, *ne fama aut rem in majus extolleret, aut militum animos rerum novitate terreret.* Justin. lib. 14. Sic Galba seditionem duarum legionum ultrò asseveravit, ne dissimulans seditio in majus crederetur. ut est apud Tacit: Et Valens cum milites seditiosi mortem meriti essent, usus moderatione dissimulavit iram, & nullius supplicium poposcit: *ac tamen ne dissimulans suspectior foret incusavit:* Idem ait Alex. apud Curt. lib. 7. *Nisi quæ delata essent excussissem, valde dissi-*

CAP. VII.

Dissimulandi difficultas.

Qui nimis se tegit, indicat se.

Simulatio damnosa.

Simulatio suspecta.

CAP. VIII. *de dissimulatio mea suspecta esse potuisset.* Et Perdiccas cum nuptias Cleopatræ sororis Alexandri ambijsset, prius tamen Antipatrum sub affinitatis obtentu capere cupiebat: itaq; fingit se in matrimonium filiam ejus petere, quò facilius ab eo supplementum tyronum ex Macedonia obtineret. Verum hunc dolum præsensit Antipater: Quare Perdiccas dum duas eodem tempore uxores quærit, neutram obtinuit. Justin. lib. 13. Sic nimirum secundum Poetam; *Eripitur persona, manet res.*

Antipatri incompositus dolus.

CAP. VIII.

Arcanorum τύπος. Arcanorum varia genera: et totius operis partitio sive distributio. Humanarum rerum lapsus & incertitudo.

SUNT autem Arcana hæc varij generis; omnia tamen, intima & recondita consilia tum stabiliendæ Reipubl. præsentis formæ, tum etiam salutis, eorum qui dominantur, conservandæ. Et sunt triplicis generis: Priora duo propriè sic dicta; postremum Impropriè. Alia enim sunt Arcana Rerumpubl. quæ spectant ad præsentem Reip. formã atq; speciem conservandam, & sunt sextuplicia, veluti Arcana Aristocratica, contra plebem; Arcana Aristocratica, contra regnũ; Arcana democratica contra Patricios; et arcana Democratica cõtra regnum; Arcana regia sive, ut Tac. vocat, Arcana Imperij contra plebẽ; & Arcana regia contra patricios: Quorum fundamenta sunt, et veluti στοιχεῖα, vel, si ita vis, cognata sunt illa, quæ appellantur Jura Imperij. Alia Rerump. arcana sunt, quæ spectant ad securitatem eorum qui principem locum in civitate obtinent, & propriè appellantur, Arcana dominationis, suntq; triplicia:

Arcana imperij sive sophismata.

Iura Imperij.

Arcana Dominationis.

plicia: alia arcana dominationis regiæ, alia dominationis aristocraticæ, alia dominationis popularis. Hisq; cognata sunt, quæ vel appellantur jura Dominationis, quæ sunt veluti restrictiones Juris Imperij, vel Dominationis flagitia sive, ut appellat Tac. Arcana domus: & sunt Imperij transgressiones, eaq; facio totidem, id est triplicia. Vel enim sunt jura & flagitia dominationis regiæ, vel popularis, vel aristocraticæ. Tertij generis sunt quæ appellantur simulacra Imperij, sive rerumpublicarum & impropriè dicuntur Arcana: ideo Tacitus vocat Arcana inania: quæ identidem pro forma Reipub. variant. Vel enim sunt Simulacra regia, tum in Aristrocratico, tum etiam in populari statu; vel Aristocratica, in regio & populari; vel popularia in regno & Aristocratia. Quorum omnium quædam propria sunt, & uni reip. formæ conveniunt, quædam communia, & omnibus competunt. Quibus omnibus accedunt arcana quæ appellantur militaria: item arcana privata, hoc est intima consilia communis privatæq; vitæ in luce hominum feliciter & decorè instituendæ. His adde alia quædam abstrusa & recondita reipubl. administrandæ consilia quæ omnia & ab rationibus, & à multarum rerum eventu, qui, ut ait Livius, stultorum magister est, observata sunt. Nam ut in omnibus publicis negotijs, ita etiam hac in doctrina plerumq; obtinet illud Taciti: *Non perinde dijudicari potuisse, quid optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse, quod factum est.*

CAP. IX.

Iura Dominationis.

Flagitia Dominationis sive Arcana domus.

Arcana inania sive Imperij simulacra.

Arcana militaria.

Arcana civilis vitæ.

Eventus Stultorum magister.

CAP. IX.

Arcanorũ fundamenta atq; στοιχεῖα, & quot modis differant arcana Imperij, à Jure Imperij, ἀφοσιῶσις. Arces sive propugnacula Majestatis atq; Imperij.

CAP. IX.

Iura Imperij sunt fundamenta hujus doctrinæ.

QUÆ Rerumpublicarum Arcana ut rectius intelligantur, precium est scire, quæ sint summa illa Imperij jura quæ sunt veluti στοιχεῖα atque fundamenta hujus doctrinæ. Ea circa hæc quinq; versari tradit Aristot. lib. 4. Polit. circa comitia, magistratus, Judicia, arma, & armorum usum. Arcana enim hæc nihil aliud sunt quam abstrusæ artes per quas à jure Imperij, atq; ab ipsa dominatione, homines seditiosi prohibentur. Quæ cognatio facit, ut multi hæc Imperiorum arcana cum jure Imperij confundant. Ceterum differunt non uno modo. Primum, quia jus Imperij, sive πολίτευμα, est quod competit ei qui in Republ. primas tenet, estq; extremum, ut appellat. Cicero, & summum Jus. Arcana vero Rerump. sunt modi & rationes conservandi illam Imperij Majestatem, ne ab alijs occupetur. Vis enim Imperij omnis in consensu obedientium est, ait preclarè Livius lib. 2. Dicam clarius. Jus imperij est, ne cuiquã liceat arma capere aut tractare absq; consensu Principis; Arcanum Imperij, est excogitare rationes, quibus contenta plebs, & quasi fascinata, ab armorum usu abstineat. Sic jus comitiorum, est jus Imperij: Arcanum Imperij, est licita aliqua fraude alios à jure comitiorum prohibere. Jus enim Imperij est instar arcis vel palatij, Arcana vero Imperij sunt veluti muri ac propugnacula sive cuniculi qui hanc arcem à factiosorum injurijs defendunt: quemadmodum Icilius ille, apud Liv. lib. 3. tribunicium auxilium & prouocationem plebis Romanæ, *duas* vocat *arces tuendæ libertatis.* & libro 6. *consulatum* vocat *arcem & columen libertatis.* Secundò, Jus Imperij est fere unum & idem in omnibus Rebuspubl. cujuscunq; sint generis, neq; variat. At verò arcana Imperij variant pro Reipub formã. Alia enim arcana sunt regni Turcici, alia regni Galliæ, alia Venetorum, alia Noricorum, alia Argentinensium; hoc est alia regni, alia plebis, alia Patriciorum. Postremo, jus Imperij, est pu-

Extremum ac summum Ius.

Arcana Imperij sunt veluti arx & propugnaculum principalis Majestatis.

Arcana Imperij variant pro varietate Rerumpubl.

est putum putum non simulatorium: At Arcanum Imperij est cum aliud agitur, aliud simulatur agi; quod pulcrè dicitur in gloss. ἀφοσιοῦσθαι id est perfunctoriè agere, & non ex animi sententia. Exempli gratia; Creatio magistratus est Jus Imperij, teste Modestino & Zonara: At ne magistratus quinquennales fiant, est arcanum Imperij. Tac. 2. Annal. Quare Tiberius, quod intelligebat quinquennalibus comitijs arcana Imperij tentari, tamen quasi augeretur potestas Imperatoria, disseruit: Sic enim Tacit: *Favorabili*, inquit, *oratione vim Imperij tenuit*; id est aliud dixit, sive simulavit, aliud egit. Hasce differentias qui non agnoscunt, eos parum aceti in pectore habere oportet.

CAP. X. Arcana ἱερωνικά.

CAP. X.

Jura Imperij. Jura Majestatis, Sacra regni, Jura regni, summa rerum. πολίπυμα. Jura sublimia Fürstliche LandObrigkeyt/ Regalia. Imperium. Principatus. Regnum. Potestates. ἐξουσίαι ὑπερεχοῦσαι. Dignitas. Culmen dignitatum. Autoritas. Autoritates Senatus. Consilium. Arbitrium. Autoritas Cæsaris.

SUNT igitur Jura Imperij, non Arcana Imperij sed horum στοιχεῖα atque fundamenta; quæ M. Tull. appellat *Jura Majestatis*. Livius JURA SUMMI IMPERII. *Proditum* inquit *à patribus summi imperij jus*, Iura summa Imperij.

CAP. X. perij jus, & lib. 3. *regia majestatis imperium*. Et Curt. lib. 10. *Jus Imperij Perdiccæ morte sanciendum est.* Idem Liv. Jura consulum, jura regni. Tac. *sacra regni*, quo modo & sacra legationis, sacra fœderum, sacra Larium, Livius nonnunquam appellat *summam rerum*. lib. 2. *Ad eos summa rerum ac majestas Imperij consularis venerat.* JCti *sacra sacrorum*, *sacra individua. Jura sublimia.* Aristot. πολίτευμα. Feudistæ Regalia, quæ tamen latius patent. Germ. ferè **Fürstliche LandObrigkeyt:** Et quæ sunt plura summi Imperij vocabula, quæ tamen plurimum inter se differunt. Majestas enim propria est summi Principis, & olim consulum, Senatus, populíque Romani l. 2. De orig. Jur. & Livius lib. 2. *Jam propè erat, ut ne consulum quidem majestas coerceret iras hominum.* Hinc Cicero, *Majestas* inquit *est magnitudo summi Imperij*; Præsidi etiam majestas tribuitur, sed abusivè. Eadem etiam significatione summum Imperium usurpatur. Propriè tamen Imperium sumitur pro Imperio militari, ut antea notavit Sigonius. Cicero, *Idem dies & victoribus Imperij & victis finem vitæ dedit*, & alibi: *Demus igitur Imperium Cæsari, sine quo res militaris geri non potest*, & in Oration: de Provinc: Cons. *Bellum cum maximis Syriæ gentibus tyrannis consulari exercitu imperioq; confectum.* Sic Curt. lib. 4. *Tuus miles adhuc inermis expectat Imperium.* Tribuitur etiam Magistratui ab Ulpiano in l. 32. D. De Injur. *Minores*, inquit, *magistratus neq; imperium neq; potestatem habent.* Hinc Varro in Satyr: *Imperium populi petere & contendere honores.* Imperium itaque plerumque generalem nomen est principatus, quod & Principium speciale. Ideo Cæs. lib. 6. de bello Gall. *Cingetorigi Principatus atq; Imperium est traditum.* Indistinctè tamen in gloss. græcis ἀρχὴ imperium, Magisterium, Præsidatus, Principium, ponuntur; Sed & Principatus à regno distinguitur. Sueton. de Calig. *Nec multum abfuit, quin statim*

Marginalia: Iura consulum. — Sacra sacrorum. — Sacra, & jura individua. — πολίτευμα. — Majestas. — Majestas præsidis. — Imperium pro militari. — Imperium Magistratus. — Principatus. Principium. — ἀρχὴ. — Regnum.

statim diadema sumeret, speciemq; principatus in regni formam converteret. & Tac. 2. Annal. eum qui dominatur distinguit ab eo qui regit: *Addidit*, inquit, *præcepta ut non dominationem & servos, sed rectorem & cives cogitaret:* Ab imperio etiam differt potestas. d. l. 32. De Injur. Hinc potestates apud Ammianum aliosque dicuntur, penes quos sunt Jura militaria. Itali retinent. Potesta, Germ. der Gewaltige. Sed olim pro summo magistratu qui rerum imperium habebat sumebatur l. 13. De Jurisdict. quod vel Paulo ad Roman. ἐξουσία ὑπερεχούσα. Longe aliud est Dignitas. Quivis enim Urbani honores, teste Cassiodoro, appellantur dignitates. Pompon: & Tac: vocat dignationem: lib. 2. Annal. *Sed & locis, ordinibus, & dignitationibus antistent*, In Ecclesiasticis Historijs tribuitur ijs qui hodie dicuntur Reverendi Quare Pontificij interpretes. Pontificatum appellant culmen dignitatum, Sic Autoritas distinguitur ab Imperio. Liv. lib. 1. *Evander autoritate magis quam Imperio ea loca regebat*. Sed & Senatusconsulta, quæ absente Cæsaro fiebant neque dum ad ærarium delata erant, Autoritates dicebantur, ut alij notarunt ex Dione. Quinimò Tacitus SCta sub Impp: facta non tantum autoritates, verum etiam adulationes appellat. 2. Annal. *Quorum autoritates adulationesq; rettuli*. Aliâs Autoritas plerumque Senatui tribuitur. Cic. 2. off: *cum dominatu unius omnia tenerentur, neq; esset consilio aut autoritati locus.* & Tac. 12. Annal. *An jussis populi an autoritati Senatus cederet.* nonnunquam etiam Principi: Plin. 4. Epist. *Cæsare autore Senatus consuluit* & in inscriptione Brixiensi. *Ex JCto, & ex autoritate Cæsaris.* Sic Imperium à necessitate dispungit Cæsar: *Quod abesse*, inquit, *à periculo viderentur, neq; ulla necessitate, neq; imperio continerentur.* Eodem modo Consilium sejungitur ab Imperio. Livius lib. 1. *Nec imperium illud meum, sed consilium & Imperij simulatio fuit.* Et lib. 6. *Sed Imperium*

CAP. X.

Rector.

Potestas.

Dignitas.

Autoritas.

Necessitas.

Consilium.

CAP. IX. *rium quam consilium segnius fuit.* & lib. 22. *Non imperio modo, sed consilio etiam ac propè precibus agens.* & Curt. lib. 5. *Sive Imperium magis, quam consilium sequentibus.* Sed & Imperium à Tacito Arbitrium appellatur 6. Annal. *Mox Rei Romanæ Arbitrium tribus ferme & viginti annis obtinuit:* & Justin. lib. 1. *Arbitria principum pro legib. erant.* Hinc *arbiter rerum.* 2. Ann. *si solus arbiter rerum si jure & nomine regni fuisset:* quos Livius lib. 9. appellat *Dominos rerum temporumq;.* De quibus omnibus ago plenius in tumultuarijs meris lib. 5. c. 3. Subtiliter enim hæc principatis potestatumq; vocabula distingui debent: Ceterum hanc Majestatem graphicè describit Gunterus lib. 4.

Arbitrium.

Scilicet hanc in se majestas regia justi
Vim terroris habet, procul an prope, præsto vel ab-
Semper terribilis, semper metuenda, suoq; [sens.
Plena vigore manet, nulliq; impunè premenda
Creditur, & semper cunctis & ubiq; timetur.

CAP. XI.

Definitio juris Imperij: Quibus in rebus consistat Jus Imperij: Et quot sint species sive capita Juris Imperij.

JUS hoc Imperij definio, potestatem absolutam atque extremum Jus omnium earum rerum, quæ ad majestatem Regni, & Reipubl. pertinent, vel belli titulo, vel subditorum patientia acquisitum: quodve tale est, ut non facile alijs demandetur, &, ut ait Poeta ille: *Partiri quod nemo potest.* Illud est quod Sallustius apud Tac. lib. 1. Annal. monuit Liviam, *ne vim Principatus resolveret, cuncta ad Sena-*

Iura Imperij penes eos solos esse debent, qui imperant.

Senatum vocando; eam conditionem esse imperandi ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur: quem locum Tacitus ex Aristot: mutuatus mihi videtur: ita enim in 4. Polit. cap. 4. καταλύονται πᾶσαι αἱ ἀρχαί, hoc est, ut vertit Tac. resolvi. quo identidem respexit poeta. *Clavumq; adfixus & hærens.*

Nusquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat.

Cap. XI.

Ceterum majestas potissimum in duobus consitit. Primum, ut princeps legibus sit solutus, deinde ut civibus & subditis leges ponat. Quod utrunque fieri ex usu est Reipub: inprimis in principatu & Republ. turbulenta. Quare cum Consules Romani increparentur, quod largitiones Sp. Melij, cætusque plebis in privata domo passi essent fieri, Titius Quintus *immeritò Cos. increpari dixit, qui constricti legibus, de provocatione ad dissolvendum Imperium latis, nequaquam tantum virium in magistratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent.* Itaque opus esse non forti solum viro, *sed & libero exolutoq; legum vinculis.* Livius lib. 4. Idcirco *Dictator creatus est adversus cujus vim Tribuni pl. aut ipsa plebs ne attollere quidem oculos aut hiscere audebat.* Liv. lib. 6. Alterum est, ut legem det alijs. Quæ duo in regno obtinet rex, in Rep. populus, in Aristocratia Patricij, sive ut est in gloss. πρωτοπολῖται. Ceterum majestas latè patet: ad undecim tamen species plus minus adstringi potest: ut sunt; legem alijs dare non accipere; legibus solutum esse; magistratus creare; jus mittendi legatos ac recipiendi; Jus vitæ & necis, jus rerum sacrarum; extrema provocatio; bellum inferre & pacem facere; monetam cudere; Jus Nundinarum; jus vectigalium. Quorum quædam Ligurinus ille lib. 8. hisce versibus comprehendit, quædam etiam addit, quæ propriè Regalia appellantur, eaque huc non refero:

Ius Imperij in duobus consistit.

Quam necesse sit in Rep. aliquem esse solutum legibus.

Vndecim capita summi Imperij.

Ac primum Ligures super hoc à rege rogati,
Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ,

Cumq;

Cap. XII.

Cumq́ molendinis telonia, flumina, pontes,
Id quoq́ quod fodrum regali nomine dicunt,
Et capitolitium certo sub tempore censum,
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.

Harum enim ferè rerum potestas penes illos esse debet, qui in Republ. imperant: suntque hæc paulo fusius explicanda atque illustranda, ad naturam Arcanorum intelligendam.

CAP. XII.

Legibus solutum esse. Principatus Romanus solutus legibus scriptis. Quo modo dicitur lex vinci, alios certis legibus solvere. Augustarum potentia in principatu Romano. Provocatio immortalis Dei ad populum.

Lex Gabinia.

Reges Romani astricti Legib.

Principes Romani soluti legibus.

HUJUS Imperij usus in Republ. turbulenta maximus est, quicquid alij negent. Ideoque Pompejus lege Gabinia legibus solutus est. Quod tamen non potuit fieri, nisi ducenti Senatores adessent ut notat Asconius. De regibus quidem Romanis auctor est Tac. 3. Annal. ijs leges scriptas fuisse: *sed præcipuus*, inquit, *Servius Tullius sanctor legum fuit, queis etiam reges obtemperarent*; quarum tamen exemplum luculentum vix extat. Stante Republica, Dictatores alijque in bellum ituri, legibus solvebantur; sed ad tempus tantum, Principatus verò Romanus in perpetuum ab omnibus legum vinculis exolutus est, teste Dion. lib. 53.

ἤδη δὲ καὶ ἕτερόν τι, ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων ἐδόθη, προσεκτήσαντο. λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ λατῖνα ῥήματα λέγει, τουτέστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεώς εἰσι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. *Id verò sibi usurpaverunt, quod antea civium Romanorum datum est nemini, ut soluti legibus esse dicantur, hoc est omni legis necessitate liberati, nec ijs quæ scripta sunt subjecti.* Et postea. *Senatus*, inquit, *Cæsarem à quo magno honore afficiebatur, ut Imperatorem decreto liberavit omnibus legum vinculis, ut ea quæ vellet faceret, & ijs quæ nollet abstineret.* Hinc Ulpianus: Princeps inquit legibus solutus est, scilicet scriptis; quemadmodum cum ex Dione, tum ex Corn. Tacito liquet. Id ait Plato ἄρχοντα κατὰ νόμους οὐκ ἀνυπεύθυνον. Hoc sensu capienda sunt illa Tac. 2. Annal. *Lætabatur*, inquit, *Tiberius cum inter filios ejus & leges Senatus disceptaret; victa est sine dubio lex, sed neq; statim, & paucis suffragijs, quomodo etiam cum valerent leges vincebantur.* Eodem modo Livius lib. 3. *Ut satis appareret, si sic agi liceret, victam legem esse.* Quare Augustus alios etiam legibus soluit, veluti conjugem lege Voconia Dion. 58. liberos legibus annarijs. Tac. 1. Ann: *Augustum Cajum & Lucium nondum posita* puerili *prætexta consules destinavit.* Et de Tiberio 3. Annal. *Tiberius Neronem ingressum juventam commendavit patribus, utq; munere capessendi vigintiviratus solveretur, & quinquennio maturius, quàm per leges, quæsituram peteret postulavit, prætendebat sibi atq; fratri decreta eadem petente Augusto.* Sic Pontifex Ambrosium, Nicolaum, & Severum ea lege soluit, ne sacris initiarentur, ac tamen Episcopi fierent. Sed & Tiberius equiti Romano jurisjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat. Suet. in Tiber. Augustas tamen legibus solutas fuisse nusquam repperias, quod tamen multi existimant; quamvis harum potentia fuerit maxima, cujus rei

CAP. XII.

Lex victa.

Principes Romani alios certis legibus soluerunt.

Augustæ legibus solutæ non fuerunt.

CAP. XIII. exempla, ut omittam alia, fuerunt in illa Virgulania, & Placina Pisonis uxore, quas judicio Senatus extraxit Livia; & hanc secutæ nonnullæ aliæ, ut Theodora Justiniani, & imprimis Agnes illa, mater Henrici IV. quæ Ducem Sueviæ accusatum in concessu Imperatoris & Archiepiscoporum absoluit, cujus rei autor est Scafnaburgensis. Ceterum aurea est illa Impp. sententia: *Revera majus imperio est summittere legibus principatum.* Ideo Tac. 3. Annal. *Præcipuus*, inquit, *astricti moris Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuq;; obsequium inde in Principem, & æmulandi amor validior, quam pœna ex legibus & metus.* & Plin. in paneg: *Nec tam imperio nobis opus quam exemplo.* Nam hæc legibus soluta potestas, quousque extendi debeat, & intra quos terminos conscribi, agendi locus est infra lib. 4. & 5.

Princeps exemplo major.

Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum,
Aut regale puto, quàm legis jure solutum,
Sponte tamen legi sese supponere regem,
Gratia sit magno, qui temperat omnia regi.

Ut canit Germanus vates lib. 8. De reb. gest. Frider: Exemplo nimirum admirando illo justissimi Dei, apud Jerem. c. 45. *Cogite*, inquit, *omnes populos totius orbis terrarum, ut inter me ac populum meum judicent, si quid à me fieri debuit, quod non fecerim.*

CAP. XIII.

Leges dare non accipere. Legibus imperare. Legibus fraudem facere nemini licet. novi Juris repertor Tiberius. invictum legibus esse.

Leges

CAP. XIII.

Leges ferre summi Imperij est, estque proprium ejus, qui in Republ. principem locum obtinet. Is enim leges dat, non accipit, nisi à summo Deo, quod ait Propheta & Rex: *Tibi soli peccavi.* Quam majestatem Romani curiosè exercuerunt adversus hostes: quo modo Q. Cicero, teste Cæsare lib. 5. de bell. Gall. repondit Nervijs; *non esse consuetudinem populi Romani ullam accipere ab hoste armato conditionem.* Et Curt. lib. 8. *Quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, queîs vivamus, accipimus.* In quam identidem sententiam Carolus V. ad Pontificem scripsit. Non esse ex dignitate Augusti longè maximi Principis, leges accipere minisque terreri, ab his maximè, qui Imperio suo subjecti, & dijudicante fortuna, toties bello victi ingratique, demum graviore pœna digni censerentur. Iov. in vita Leon. X. Cujus autem est legem jubere, ejusdem est abrogare; etiam subrogare; hoc enim est οὐ κατὰ τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἄρχον, non solum juxta leges, sed etiam ipsis legib. imperare, ut ait Plutar. in Flam: Ideo Tiberius, in causa Pisonis, quod vetere Senatusconsulto quæstio in caput Domini prohibebatur, mancipari singulos servos actori publico jubet. Idem fecit in filiola Sejani, quæ, quod triumvirali supplicio virginem affici inauditum habebatur juxta laqueum & carnificem compressa est. Tac. 6. Ann. Sic Triumviri, ut impubes secundum legem supplicio afficeretur, prius eum induerunt togâ virili. Quæ tamen exempla, quamvis ad securitatem Principum pertinebant, tamen & in ludibrium legum excogitata sunt, & cum crudelitate conjuncta, adeoque potius ad flagitia dominationis referenda. Unde Tac. Tiberium appellat callidum & novi Juris repertorem. Ceterum fraudem legi facere nemini licet. Ideo C. Licinius, teste Livio lib. 7. à M. Popilio Lenate, lege sua, decem millibus æris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret.

Princeps à Deo solo leges accipit.

Leges abrogare, subrogare.

Fraudem facere legibus nemini licet, vix etiam principi.

Callidus et novi Iuris repertor Tiberius.

CAP. XIV. Id ait Fabius Max: lib. 10. apud eundem; *Quid ergo attinet leges ferri, quibus per eosdem qui tulissent fraus fieret; jam regi leges, non regere.* Quare Tiberius, cum fœminæ famosæ, ut ad evitandas legum pœnas, jure ac dignitate matronali exsolverentur, lenociniũ profiteri cœpissent, & ex juventute profligatissimus quisque, quo minus in opera scenæ arenæque edenda Senatusconsulto tenerentur, famosi judicij notam sponte subissent, eos easque omnes, *ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset*, exilio affecit. Quo pertinet SCtum apud Tac. *ne simulata adoptio, in ulla parte muneris publici juvaret, ac ne usurpandis quidem hæredibus prodesset:* Eadem enim majestas est, ne quis leges Imperij violet: *Ne me regnante licebit* ait Imperator ille apud Gunt: lib. 8.

Imperatoria Majestas legib. armata.

Has cuiquam nostras impunè lacessere leges;
Ac si quis tumidus præsumserit obvius ire,
Supplicium præsens manifestaq; pœna docebit,
Non magis invictum bello, quam legibus esse.

Idem Justinianus *Istorum*, inquit, *alterum alterius auxilio semper eguit, & tam res militares legibus, quam ipsæ Leges armorum præsidio servatæ sunt.* Sic Const: dixit, *armari jura gladio*, & Livius lib. 6: *Ipsi causam plebis ingentib. animis armant.*

CAP. XIV.

Jura comitiorum: magistratus creare; candidatos commendare; creationem ratihabere. Deorum secundorũ curæ. Cadilesqueri Turcarum.

Hoc Jure comitiorum, & creandi Magistratus, apud Venetos, teste Contareno, nullum sanctius est atq; anti-

antiquius: & merito, quippe quod in eo maxima Imperij majestas atque dignitas elucet. Ideo Decemviri, apud Livium, fœdus clandestinum fecerunt, ne comitia haberentur, perpetuoque decemvirati possessum semel retinerent imperium. Fuit à. hoc fere semper populi Romani: *Mutata Republ. è campo ad patres translatum est*, ut testatur Tac: tandem ad Principem: Modest: in l. un. ff. ad l. Jul. amb: *Ad curam*, inquit *Principis magistratuum creatio pertinet, non ad favorem populi.* & Zonar. *Creatio*, inquit, *magistratuum maxima pars est muneris Imperatorij:* Idque Mecænas apud Dion. multo ante Augustum monuit, *ut solus, sine plebe, populo ac Senatu, magistratus crearet.* Quare Tiberius, teste eodem Dion. lib. 58. omnium consulum, quorum erat olim summum Imperij nomen, renunciationem sibi soli attribuit, ceterorum tamen magistratui indulsit, commendatione sua interposita. Eadem commendatione usus est Cæsar. *Commendo vobis illum & illum ut vestro suffragio dignitatem suam teneant.* Verum enimvero hoc fuit sophisma tantum ac simulacrum, ne cruda adhuc servitute uno ictu totum Imperium pop Romano amputaret, de quo libr. ult: Habuit certe hæc commendatio necessitatem aliquam: *Hæc enim est conditio Principum*, ut ait Quint. Declam. 4. *ut quicquid faciant præcipere videantur.* Cajus etiam, vel dominandi imperitiâ, vel studio ludificandi plebem, tentavit comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Nam id postea omisit. Tranquil. in Calig. Sufficit tamen nonnunquam ratihabitio, in creandis magistratibus, ejus qui summum Imperium habet; veluti teste Cassiodoro Theodoricus Rex Gottorum ad Senatum scripsit: *Judicium vestrum, Patres conscripti, noster comitatur assensus.* Quemadmodum enim Plato in mundi gubernatione, facit Deum Deorum rellinquere Diis secundis minora officia: ita etiam Principes consultò, minorum magistratuum creationem rellin-

CAP. XIV. Ius comitiorum.

Creatio magistratus est munus Imperatorium.

Commendare candidatos.

Creationem ratihabere.

Dij secundi.

CAP. XV. Vicarij Principum.

rellinquunt alijs, ceu Vicarijs ſuis; veluti Imperatores Turcici ſuis Cadilesqueris, ut vocant. Ideo de Tiberio Hiſtoricus, eum per litteras patres obliquè caſtigaſſe, quod cuncta ad principem reijcerent, & M. Lepidum & Mœnium Blæſum nominaſſe, ex quêis proconſul Aſiæ legeretur. Illud memoratu hoc loco digniſſimum eſt, de populo Ungariæ, qui patrocinij ſpecie in Turcarum ſervitutem redigi maluit, quam ſinere regis creandi poteſtatem ſibi extorqueri. Quod & in ſacro ordine locum habuit: mortuo enim Treverorum Archiepiſcopo Eberhardo, quidam conſilio & autoritate ſolius Colonienſis Epiſcopi Epiſcopatum ſuſcepit. Verum tam clerus quam populus, quod ſe non vocatis neque conſultis Epiſcopus electus eſſet, adeò graviter ferre, ut e veſtigio electum ex altiſſima rupe præcipitarint. Poſtea tamen, conſentientiſſimis animis, tam Clerus quam populus Epiſcopatum tribuerunt Utoni. Jacob. Scaffneburg:

Certamina de hoc Iure.

CAP. XV.

Jus rerum Sacrarum. ſupplicationes publicæ. Penes quos Republ. Rom. fuerit jus ſacrum. Summus Imperator. ſummus Põtifex; ἐπιστημονάρχης. Quare Chriſtus inter Deos non relatus. Pontificum Jus. eorundem profunda ambitio.

Ius ſacratum.

Ius rerum ſacrarum, quod Virgil. 2. Æneid. vocat Jus ſacratum, quodve ingentem majeſtatem ac reverentiam principibus conciliat, ad ſummum imperium refero. Idque antiquiſſimi re-

mi reges ac principes sedulo coluerunt. Justin. de Judæorum Republ. *Post Mosen, inquit, ejus filius Arvas, sacerdos sacris Ægyptijs, mox rex creatur, semperque ex inde hic mos apud Judæos fuit, ut eosdem & reges & Sacerdotes haberent.* & de Rege Anio Poeta. 3. Æneid: *Rex idem hominum Phœbiq; sacerdos.* Relligio enim, ut Afer ille Episcopus dicebat, in Republ. esse debet, non contra. Quam fuisse causam existimo, propter quam Turcarum Imperator, receptis in fidem Regibus, cum multa Imperij jura remittit, præter alia pauca sacras & publicas preces, quæ pro salute Principis in templis concipiuntur, perpetuò excipit. Hinc etiam apud Romanos supplicationes, de rebus feliciter domi militiæque gestis, à solo Senatu decerni potuerunt. Enimvero Jus hoc, in Rep: Romana, non repperio penes alios fuisse, quam penes reges & Impp. & penes summum illum ac maximum Senatum: In LL. regijs. *Rex sacrorum præses esto:* Pontificis enim tantum jus fuit, sacra administrare, scireque, ut ait Livius lib. 1. *quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumtus pecunia erogaretur.* Ejectis regibus, penes Senatum fuisse constat ex Senatusconsulto, quo ædilibus remissum est, ne qui nisi Romani Dij, neve alio more quam patrio colerentur. Et quod M. Æmilius pro concione recitavit, ut quicunque libros vaticinos precationesque, aut artem sacrificandi conscriptam haberent, eos libros omnes ad se deferrent, ne quis in publico sacrove loco, novo aut externo ritu sacrificaret. Livius lib. 15. Cumprimis verò ex illo apparet quo cautum est, *ne qua Bachanalia Romæ, neve in Italia essent: Si quis tale sacrum solemne ac necessarium duceret, nec sine relligione ac piaculo se id omittere posse apud Prætorem Urbanum profiteretur, Prætor Senatum consuleret, si ei permissum esset, cum in Senatu centum non minus essent, ita id sacrum fieret, dum ne plus quinq; sacrificio interessent.* Mutata verò Republ: ut omnia, ita etiam

CAP. XV.

Reges & Sacerdotes ijdem.

Supplicationes de rebus gestis.

Ἱεραρχία regum Rom.

Senatus.

& postea Principum.

etiam quæ ad res divinas pertinebant, in se transtulerunt Imperatores. Tacit. 3. Annal. *Nunc Deûm munere summum Pontificem, summum hominum esse.* A primis tamen Imperatoribus, quædam Juris sacri, Senatui indulta sunt; quod testatur Tacit. 2. Annal. *factum SCtum de sacris Judaicis Ægyptijsq; pellendis.* Et sub Claudio. SCtm factum est, *viderent pontifices, quæ retinenda firmandaq; Aruspicum essent.* Nam SCtum illud contra Tiberium latum, ne Christus inter Deos referretur, singulare & μυστικὸν esse scimus. Similiter, cum Alexander Severus Christo unico Servatori nostro, templum facere destinarat, eumque inter Deos recipere, (quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri) prohibitus est ab iis, qui consulentes sacra, reppererant, omnes Christianos futuros, si id optatò venisset, & templa reliqua deserenda. Æl: Lamprid. in Severo, sed hoc, ut dixi, mysticum est. Jus enim sacrum posteà solius fuit summi Principis. Leo ad Imp. Leon. *Debes,* inquit, *Imperator incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatum.* Quo facit responsum illud Demetrij Chomateni, In resp. Oriental: quod miror ab alijs negligi. *Imperator,* inquit, *ut communis ἐπιστημονάρχης existens & nominatus, synodalibus præest sententijs, & robur tribuit; ecclesiasticos ordines componit, & legem dat vitæ politiæq; eorum qui altari serviunt.* Et postea, *ut uno verbo dicam, solo sacrificandi excepto ministerio, reliqua pontificialia privilegia Imperator repræsentat.* At enimvero Jus hoc, Sacerdotes sive pontifices Romani, vel ambitionis æstu inflati, vel levitate & relligione Principum adducti, involarunt; adeoque apposité illud Ottonis apud Tac: huc convenit, *Imperium amore relligionis seipsum exhausisse.* Hinc ex uno capite biceps factum est, de quo Gunterus lib. 5.

SCta de rebus ad relligionem pertinentibus.

SCtum, ne Christus inter Deos referretur.

Imperator summus Sacerdos.

Biceps Imperium.

Quos laude serenâ
Infula vel gladius mundo facit esse verendos.

Quod

Quod tolerandum esset, nisi insuper falcem in negotia Reipubl. immitterent; imò ipsi Principi diem dicerent. Unde in Proverbium ivit, teste Guicciard: in Comm: Polit. *Cæsares timere & odisse proprium esse Ecclesiæ.* Quam impietatem ambitionemque, Illustris Scriptor Otto Frisingensis, Pontificius ceteroquin Episcopus, multis in locis graviter atque argutè perstrinxit. Et hunc secutus alter ille Augustorum Vates lib. 6.

Jam non ferre crucem Domini, sed tradere regna
Gaudet, & Augustus mavult, quam præses haberi.

Ac tamen hic ipsus est, qui olim Imperatorem Dominum suum appellavit, ut constat ex diplomate illo, cujus meminit Guicciard: in fragmentis, quæ dolo malo ex prudentissimi scriptoris Historijs detracta fuerunt, & nuper velut ex postliminio restituta, *Imperante Carolo Domino nostro.*

CAP. XVI.

Monetas cudere. monetas sua imagine signare. signatam monetam vultu Principis conflare. Relligio Romanorum circa monetas.

ETIAM monetas cudere jus Imperij est. Quod jus cum olim esset penes triumviros monetales, in se transtulerunt Cæsares. Hinc in acclamationibus Principum: *Monetæ nomen Antonini reddatur:* Ael: Lamp: in Seu: *Et Antonino Diadumeno ad Imperium evecto, statim apud Antiochiam moneta Antonini nomine percussa est.* Sic Vopiscus in Firmo: *Cum ille diceret Firmum Latrunculum fuisse, non* Ius monetæ.

E Prin-

CAP. XVII. *Principem: contra ego illum, & purpura usum, & percussa moneta Augustum esse vocitatum; quinq; etiam nummos Severus Archontius protulit.* Præter enim Principem nemini licuit monetas cudere, vel sua imagine signare. Quare Commodus Perennium familiarem suum pœna capitis affecit, quod nummos publicos sua imagine signasset, Herodia. in Comm: Idem de rege Persarum refert Herodot. qui eandem ob causam Ariandrum præfectum Ægypti securi percuti jussit: & De Ungarorum Politia Otto Frising: *Nullus*, inquit, *in tam spatioso ambitu, rege excepto, monetam vel telonium habere audet:* Unde Poeta lib. 3. de Frid. I.

Monetas sua imagine signare.

Rege figuratam regis patet esse monetam
Cæsaris, & Domino sub Cæsare fulget imago.

Quod identidem Jus Turcæ, teste Bonfin: nemini concedunt. Hodie autem, in Germania & Italia, in tot fere partes distractum est, quod sunt Principatus, comitatus, civitates. Ceterum in principatu Romano tanta olim Relligio fuit circà monetas, ut nefas fuerit vultu Principum signatam monetam conflare; adeoque qui hoc ausus fuerat, lege Cornelia tenebatur, ut testatur Paul. 5. Sentent. tit. 25. Imò cum in provincijs omnibus nummos æreos & argenteos liquefieri permissum esset, aureos conflari vetitum fuit, teste Procopio & Zonara. Hinc Statius,

Iura monetarum in Germania distracta sunt.

Nefas signatam imagine Principum monetam conflare.

Quæ dudum in vultus igni formanda liquescat
Massa, quid Ausoniæ scriptum crepet igne monetæ.

Unde etiam gravissimè puniebantur illi, qui nummorum circulos circumcidebant, de quo extat Constitutio Constantini in Cod. Theodosij, & majestatis pœna tenentur, qui nummos corruperunt. l. 2. C. de fal. mon.

CAP. XVII.

Jus vitæ & necis. Pugio. gladius. con-

us. condemnatos absolvere. jura ordinis reddere. commeatum concedere. Consilium magnum Venetorum. Pœnam differre. Sententiam in acta relatam mutare. Secunda deliberatio Principis. Judex Μεσόδικος.

SEXTA species est, Jus vitæ & necis: Curt. de reb: gest. Alex. lib. 4. *Et cum in regali solio residebis vitæ necisq; omnium civium dominus.* Cujus testimonium sive insigne, apud Impp. Romanos erat pugio, & gladius. de Galba Imp. facto. *Iter*, inquit, *ingressus est paludatus, ac dependente à cervicibus pugione ante pectus*, & Tacit. lib. 3. Histor. *Vitellium, solutum à latere pugionem, Cæcilio Simplici Consuli in concione reddidisse, tanquam Jus vitæ & necis.* In inauguratione enim, Principi pugio tradebatur velut insigne Imperij: quo nomine Commodus Imperator à militibus salutatus, & circumlatus est per celeberrimos vicos, strictum D. Julij gladium tenens, detractum delubro Martis, atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam. Unde existimo consuetudinem illam curiæ mansisse, ut regna per gladium traderentur, de quo Frisingensis. Quare condemnatos, vel à se, vel à Senatu, absolvere, jura ordinis reddere, solus potest is qui in Republ. Principatum obtinet, ut Vergobetti apud Gallos, de quo Cæs. lib. 1. de bell. Gall. Item Tribuni, vel potius populus, teste Livio, & Halicarn: & Imperatores Romani, quippe qui erant perpetui Tribuni. Tac. 14. Annal. *Tunc primum*, inquit,

Vitæ necisque Dominus.

Pugio insigne Imperij.

Gladius.

Regna per gladium traduntur.

Condemnatos absolvere.

Vergobetti.

CAP. XVII. *revocatá ea lex credebatur, qua haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloriam quæsivit, ut condemnatus à Senatu, intercessione tribunicia, morti eximeretur.* Hinc Julianus, *Scis*, inquit, *quam sim lentus ad condemnandum, & quanto lentior, postquam condemnavi, ad ignoscendum.* Et Augustinus de Fato. *Imperatori soli licet revocare sententiam, & reum mortis absolvere, & ipsi ignoscere.* & in l. 1. C. de Sentent. pass. & restit: ad Licianum in Insulam deportatum Antoninus Augustus, *Restituo*, inquit, *te integrum provinciæ tuæ:* & adjecit: *ut autem scias, quid sit integrum restituere; honoribus & ordini tuo, & omnibus ceteris te restituo.* Unde Carolus V. cum Senatui Mediolanensi omnia pœne jura Imperij concederet, hæc duo excepit. 1. ne possint delictorum veniam tribuere; 2. neve litteras salvi conductus, sive pacis publicæ, reis darent: teste Bodino. Nam, de commeatu remeatuque concedendo exuli, cavit Marcianus in l. 4. ff. de pæn: sic apud Venetos, nemo damnatus restitui potest, nisi à toto Senatu, quem appellent consiglio magiore. Quam ob causam pœna eorum, quos Princeps jusserat supplicio affici, differebatur in decimum, ut testatur Tac. 3. Annal, sive, ex constit. Theodosij, in 30. diem: l. 20. C. de pœnis. Judex vero sententiam in acta relatam mutare nequit. l. quod jussit D. de Judic. & ejus sententia statim executioni datur l. 15. C. de pœnis, idque duabus de causis. Prima est, quod sæpe interjectu temporis dominantium severitas mitigatur; quod de eodem Theodosio Aurel: *Irasci sane*, inquit, *rebus indignis, sed flecti cito, unde modica dilatione emolliebatur.* Ammianus vocat *secundam deliberationem.* lib. 15. Quod tamen de Tiberio frustra fuit. *Neque enim*, inquit Tacit. 3. Ann, *interjectu temporis mitigabatur.* Deinde, Judex jus vitæ & necis non habuit, sed solus Princeps:

A quo sæpe rei, nullo licet ære redemti,
Accipiunt propriam donato crimine vitam.

ut est

Intercessio tribunicia.

Honoribus restituere.

Commeatum concedere.

Constitutio Theodosij, de intervallo ad pœnam.

Iudex sententiam executioni statim dare tenetur.

ut est in Ligur: lib. 4. Idq; ait Tac: 1. *Sed non Senatui libertas ad pœnitendum erat.* Et causa redditur: l. 18. C. eod: *ne sit occasio supplicandi, vel malignis artibus absolutionem impetrandi.* Quomodo vero Judex sententiam latam lenire possit, vide Cujac. in Obser. Unde ab Arist: dicitur Μεσόδικος. Multo a. minus hoc jus populus habet, de quo cautum est l. 12. C. eod. *Vanæ voces populi non sunt audiendæ; nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderat.* CAP. XVIII. Iudex Μεσόδικος.

CAP. XVIII.

Legatos mittere ac recipere. Subditi non habent jus legationis. Oratores publicæ causæ. Inter dissentientes cives jus legationis obtinet.

LEGATIONIS etiam jus extremum est ac summum; id quod propterea dijs immortalibus tribuunt Poetæ. Virg. Iura Legationis.

Interpres Divûm fert horrida jussa per auras:

Curtius lib. 10. ait regium esse. *Et pristinæ quidem regiæ species manebat. Nam & legati gentium, regem adibant, & copiarum duces aderant, & vestibulum satellites armatiq; compleverant.* Ideo ex hoc legationis Jure, Legati sancti sunt & inviolabiles, etiam hostilia tentantes, ut est quorundam sententia. Et Livius de Legatis Tarquinij lib. 1. *Quanquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit.* Ceterum Romani paucis hoc jus concesserunt. Galliæ tamen Reges olim sub præfectis Pretor: retinuerunt. Quin etiam Sacra Legationis.

CAP. XVIII. primi Imperatores, occupato Imperio, Senatui reliquerunt. De Augusto Dion lib. 55. *Augustus*, inquit, *permisit tribus viris consularibus, ut legatos regum populorumque, qui ad se venirent, ipsi singuli audirent separatim, ijsque responderent; nisi forte quædam acciderent, in quibus suo & Senatus decreto opus esset.* & de Tiberio Tranquil. *Cetera quoque non nisi per Magistratus, & jure ordinario agebantur, tanta Coss. autoritate, ut Legati ex Africa adierint eos querentes, trahi se à Cæsare, ad quem missi forent.* Alioquin subditis legatos mittere, regulariter non licuit. Ideo Livius lib. 6. scribit, *Colonis Circejensibus denunciatum Senatus verbis, facesserent properè ex urbe ab ore atque oculis pop. Romani, ne nihil eos jus legationis, externo non civi comparatum, tegeret.* Aliud est inter cives dissentientes, & jure civitatis turbato; inter quos manet jus Legationis. Cic. lib. 3. de finib. Et sub Impp: civitatibus legatos mittere licuit, sed non plusquam ternos, ex edicto D. Vespas: ut est in l. 4. D. de Legation. *Milites tamen seditiosi Legatos miserunt.* Blæsus apud Tacit. 1. Annal. *Decernerent legatos, seq; coram mandata darent.* Hinc factum est, ut is qui à seditiosis militibus mittebatur, ut de postulatis ac desiderijs militum referret, non tam Legatus appellaretur, quam Orator publicæ causæ, Tacit: ibid. *Quod filius Legati* (hoc est Blæsi, qui erat Legatus militaris Germanici) *Orator publicæ causæ satis ostenderet, necessitate expressa, quæ per modestiam obtinuissent*: quanquam ibidem etiam Legatos appellat. Legati enim dicuntur omnis generis: Oratores verò, qui deprecabundi veniunt, ut apud Maronem. *Orans mandata dabat.* Atque iterum ad milites mitti legatos, tralaticium fuit. Ideo Tacitus 1. Annal: *Cur venerint Legati aperit, Jus legationis, atque ipsius Planci gravem atque immeritum casum, facundè miseratur.*

Cives dissentientes habent jus Legationis.

Orator publicæ causæ.

Extrema

CAP. XIX.

Extrema provocatio. Summus causæ judex. Claudere jura manu.

NON minorem Majestatem præ se fert, extrema provocatio; idque jus olim reges Romani usurparunt, ut ab alijs erudite ostensum est: postea populus invasit, cujus hoc, teste Livio, firmissimum propugnaculum fuit. Ideo Appius apud eundem, *Minas esse consulum, non Imperium dicit, ubi ad eos, qui una peccaverant, provocare liceat.* Idem Livius lib. 3. ex eo, quod provocatio sublata erat, colligit libertatem sublatam. *Nam,* inquit, *præterquam quod in populo nihil erat præsidij, sublata provocatione, intercessionem quoque consensu sustulerunt, cum priores Decemviri, appellatione Collegæ, corrigi reddita ab se jura tulissent.* Ad populum tamen raro appellabatur, & nisi in crimine majori. Dico extremam provocationem. Nam alias, etiam à prætore ad prætorem, item ad Tribunos appellatum est, ut notavit doctissimus Lipsius. Mutata demum Republ. Augustus, Jure Tribuniciæ potestatis, extremam appellationem sibi reservavit, ut constat ex Dione, & cumprimis ex Tacit. lib. 4. Annal. *Iisq; instantibus,* inquit, *ad Principem provocavit.* Nam quod postea Cajus mutavit, haud diuturnum fuit: sicut etiam, quod Tiberius, ut refert Tranquil. quædam adversus sententiam suam decerni passus est, simulacrum potius est ac larva pristinæ libertatis. Tunc appellabatur ad Principem à toto fere terrarum orbe; l. 45. D. De cond. & demonst: ut mirum sit, hoc tempore esse qui existiment, Cameram Imperij imparem esse litibus Germaniæ decidendis. Hodie tamen etiam

Provocatio ad populum.

Extrema provocatio ad Principem.

CAP. XX. etiam in Imperio, ut testantur Pragmatici, ab omnibus fere ordinibus ad Cameram provocatur; ut apud Gallos ad octo curias majores; apud Hispanos ad quatuor curias; apud Venetos ad quadraginta viros. Quod Jus reges Galliæ tanti fecerunt, ut, cum Carolus 5. rex Francorum, Joanni Duci Biturigum multa imperij Jura indulsisset, extremam provocationem, singulari exceptione, sibi reservarit. Sic Conradus rex Romanorum, Trajectenses, quod à se ad Pontificem Rom. provocassent, pro reis Majestatis habuit. Otto Frising. de reb. gest. Frid. Et Julius 3. Pontif. cum per legatos apud Henric. III. regem Galliarum testatus esset, Deum fore ultorem, ad eumque se provocare dixisset; Rex annuit, seque pro tribunali Dei affuturum spospondit; ceterùm certò se scire, Pontificem vadimonium deserturum. Hinc Princeps dicitur summus Judex. talis enim est, ad quem postremò appellatur. Plinius in præfat. ad Vespas. *Adeò summum quisq; causæ suæ judicem facit, quemcunq; eligit, unde provocatio appellatur:* & Gunt. lib. 2.

Suprema judicia.

Princeps summus Iudex.

Claudere jura manu.

Ut præsens, quasi maximus omnia Judex
Claudere jura manu, cunctasq; recidere lites
Debeat, atque omnis Judex omnisq; potestas
Atque magistratus, ipso præsente quiescant.

Unde illud de Paulo in Actis. *Hic homo servari poterat nisi provocasset.* Ait autem Poeta. claudere jura manu; quod est ferè Pomponio, manu regia agere. Estque vox manus JCtis etiam familiaris. Unde in LL. 12. tab. *Si quej in jure manum conferunt:* de quo aliâs.

CAP. XX.

Bella decernere. pacem facere. Pacta Caudina, Numantina. Majestas est, arma capere in-

injussu Principis. Jura triumphi. CAP. XX.

Hoc verò vel omnium maximum Imperij Jus est. Certè apud Romanos bellum decernere non licuit, nisi comitijs populi centuriatis, id est, maximis. Nam, ut ait Plato 2. de LL. ἐὰν τις, ἰδίᾳ ποιῆται πρός τινας εἰρήνην, ἢ πόλεμον, ἄνευ τοῦ κοινοῦ, θάνατος ἔστω ζημίας. *Si quis pacem vel bellum fecerit, privatim sine publico scito, capital esto.* Et mutata Rep. lege Julia Majestatis tenebatur, qui bellum injussu Principis gesserat. l. 3. ad l. Jul. Majest. & l. unica C. Ut armorum usus &c. *Nulli*, inquit, *prorsus nobis inscijs atque inconsultis, quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* & Novel. 17. *Arma ferre, nisi militanti, non licet.* & Auth. de armis, Justiniani constitutione inhibetur Fabricensibus, *ne arma privatis hominibus vendant.* Quo nomine, præter alia, Piso accusatus est, *quod armis provinciam, unde ejectus erat repetijsset.* Atque hæc causa fuit, propter quam Cato censuit, Cæsarem nudum & vinctum dedendum esse Germanis. quod tamen haud scio, an non nimis inclementer; de quo vide alios. Non enim libenter αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύω. Eadem est ratio pacis faciendæ; quæ apud Romanos iniri non potuit, nisi consensu Senatus ac populi, & postea Imperatorum. Ideo Posthumius ille, *sponsione*, inquit, *quæ injussu populi Romani facta est, non teneri populum Romanum*, ut est apud Livium. & Tacit 15. Annal: *Donec referantur litteræ Neronis, an paci annueret.* Quare pacta illa Caudina & Numantina, non fuerunt pax, sed sponsio, de quo vide Bodinum, & quæ notavi ad Tacit. Nam quod ajunt alij captiunculam hanc fuisse Romanorum, nego. Quin potius prudenter à Ducibus pacta componi noluerunt, ne hi necessitate adducti, ut sunt momenta ac

Bellum indicere.

Iura armorum.

Fabricensibus non licebat arma privatis vendere.

Ius pacis faciendæ.

Fœdera inire.

Sponsiones Caudinæ & Numātinæ.

CAP. XX. vices belli, infamia turpiaque pacta inirent. *Quid si spopondissemus*, inquit Postumius ille apud Livium, *urbem hanc relicturum pop. Romanum; si incensurum; si magistratus, si Senatus, si leges non habiturum?* Debuit itaque pax, non aliunde peti quam Roma, quæ dicitur urbs æterna, & caput rerum, & in quo fortunæ sedes; de qua Poeta 6. Æneid.

Urbs æterna.

En hujus, nate, auspicijs illa inclyta Roma,
Imperium terris, animos æquabit olympo.

Itaque deceptio non fuit, sed lex, & jussum populi. Quid, quod, ut ait Plin. lib. 8. Epistol. decipere pro moribus temporum prudentia est? Quin ergò imputant sibi suæque ignaviæ Samnites, quod juris fæcialis expertes fuerunt, statumque ejus Reipubl, quicum bella gerebant, ignorarunt. Nam, ut est in l. 19. D. De Reg. Jur: *Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus, aut sibi imputet.* Et plerumque in sponsionibus ducum adjungebatur illa clausula, *ita id ratum fore, si populus censuisset.* Ideo sapienter Helvetij, non aliter fœdus cum Tramulio inire voluerunt, quam acceptis qui capite punirentur, nisi Princeps rem ratam haberet. & laudabiliter Angli belli gerendi causa profecturi ad exteros, Regi suo sanctè promittunt & conceptissimis verbis, se nullas conditiones pacis cum hoste firmaturos, citra regis ac procerum voluntatem. Frossard.

Ius fœciale.

Similiter res habuit circa jus triumphi quod cum insolenter plebs Romana ad se rapuisset, Livius, *nunquam*, ait, *ante de triumpho per populum actum, semper existimationem arbitriumq; ejus honoris penes Senatum fuisse; ne Reges quidem majestatem summi ordinis imminuisse.* quam etiam ob causam, Senatui relliquit Augustus sanxitque, ut de bellis triumphisque Senatus consuleretur. Sueton. Aug. Hac nimirum spetiosa & insidiosa modestia Augustus tot annos Imperium Rom. obtinuit.

Ius triumphi.

Jura

Cap. XXI.

Jura vectigalium, ſive teloniorum. Imperiales & provinciales collectæ, Reichsſteur. Land und Tranckſteur. Jura Nundinarum. Regalia ut differant à Jure Imperij. Jus poſtarum. jus dandi civitatem, muniendi &c.

Porrò Jus vectigalium penes ſolum Principem eſt, vel eos qui in Republica principatum obtinent. Hermog. in l. 10. D. de public. & vectig: *Vectigalia, ſine Imperatorum præcepto, neque præſidi, neque curatori, neque curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere vel deminuere licet.* & l. 3. C. Vectig. nov: inſt. non poſ: & l. unic. § 3. D. De l. Jul. Amb. Et fuit hic prætextus, ad mortem in Chriſto ſervatore noſtro, quod teſtatur Luc. cap. 23. *Hunc invenimus prohibentem tributa dare Cæſari, & dicentem, ſe Chriſtum Regem eſſe.* Quod etiam Jus, primi Imperatores conſulibus & tribunis aliquandiu conceſſerunt, acri tum pop. Romani libertate Tacit. 4. Annal. Reliqui enim acerrimè exercuerunt. Ideo Galeacius ille Vicecomes Mediol: majeſtatis accuſatus eſt, quod tributa ſubditis, ſine Imperatoris arbitrio, imperaſſet. Multò minus à Principe tributa flagitari queunt. Gunt. lib. 4.

Vectigalia indicere.

Improba Romano poſcunt à Rege tributa,
Cujus ad arbitrium diſponitur omne tributum,

CAP. XXI.

Et capitolitiam cogunt appendere summam,
Quo caput in toto non est mage nobile mundo.

Ceterum hisce similis est hodierna, ut appellant, imperialis collecta, Reichssteur: item provincialis collecta Land vnd Tranckstteur. Ejusdem generis est Jus nundinarum, de quo est lex C. de Nund. & mercat. Et Plin. lib. 15. Epist. *Solers vir Prætorius à Senatu petijt, ut sibi instituere in agris nundinas permitteretur.* Reliqua enim, quæ Regalia dicuntur Feudistis. lib. 2. Feud. tit. 56. huc non refero, quippe quæ à Jure Imperij multis modis differunt: partim quod regalia, sive majora sive minora, non secus atque immobilia, alijs in feudum conceduntur, Jura verò Imperij non facilè, quippe quæ summo Principi, in modum superioritatis, reservantur: partim etiam, quod regalia præsertim minora, tantam majestatem minimè præ se ferunt; quin potius patrimonio & rebus domesticis augendis inserviunt: ut sunt ripatica, argentariæ, portus, salinarum reditus &c. Adde, quod rerum feudalium Regaliumque, finis est ferè solus administratio belli: ideo is qui jus belli habet, regalia communicare potest. Atque hæc sunt præcipua capita summi Imperij, è quibus eruuntur, ea quæ nos indagamus Imperiorum Arcana; quæ sunt veluti propugnacula conservandi Imperij, ad quod nonnunquam sensim, & quasi obliquis gradibus, grassari solent cives factiosi, quorum auiditas adeò insatiabilis est, ut cum particulam aliquam Reipubl. absciderint, suoque, ut ita dicam, corpori adferruminarint, semper plura abradant nunquam quieturi. Ad hæc Imperij capita, plerique etiam referunt Jus instituendi cursus publicos; sive, ut vocat Laconicus, *regios cursores*; hodie *postas*: de quibus vide C. de curs. publ. Id enim solus habet Imperator, adeoq; non ita pridem, Duci cuidam Germaniæ, qui publicos cursus in Belgium & Italiam disposuerat, severè interdixit. De quibus postis, ut vocant, intellige illud Cæs. 3. de bell. civ. *Nuncios,*

[Margin notes: Collecta Imperij. — Iura Nundinarum. — Regalia, & quomodo differant à Iure Imperij. — Ius instituendi cursus publicos. — Regij cursores. — Postæ.]

per

per dispositos (hoc enim postæ) *equos, de victoria Cæsaris Messanam allatos:* & illud Capitolini, de nuncio qui mutatis animalib. cucurrit, ut cædem Maximini Romanis narraret. Enimverò hæc ratio maximam securitatem præstat Principi. quare Augustus, quo celerius ac sub manum annunciari cognoscique posset, quid in provincia quâque gereretur, Juvenes primo modicis intervallis, per militares vias, dehinc vehicula disposuit: commodius id visum, ut qui à loco eodem perferrent litteras, interrogari quoque, si quid res exigeret, possent. Hæc Tranquillus in Aug. Hisce etiam adjungunt nonnulli Jus dandi civitatem, quod JCti appellant spiritum & vitam dare civitatibus. Item jura muniendi, & portis interdicendi. Quæ quidem ego malo ad Arcana Dominationis Regiæ referre; sicut etiam purpuream illam Inscriptionem, qua solus usus est Imperator l. 6. C. de Diver. Resc. De quibus, & id genus alijs vide in libro tertio.

CAP. XXII.

Ius dandi jura sivitatis.

Spiritum & vitam dare civitatibus.

CAP. XXII.

Imperium militare non est juris Imperij. Jura militaria Ducis. Romanorum ducum libera belli administratio. pro tempore consulere. Volligen gewaldt haben. Hodiernus belligerandi mos ex directorijs. Militia Turcica.

Multo minus huc pertinet Imperium militare, cujus usus ac vis obtinet tantum in castris, extra Rempubl. & est penes duces belli. Sane Imperio militari comprehen-

CAP. XXII.

Iura militaria summi Ducis.

ditur Jus plectendi militem. Ita enim Agamemnon apud Hom: ut refert Aristot. 3. Polit: πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος: & Venul. l. 9. D. de custi & exh. reor. *Is qui exercitum accipit, etiam jus animadvertendi in milites caligatos habet.* potestas pugnam pro libitu instituendi; castra metandi, obsidiones, expugnationes decernendi; captos servandi, edicta castrensia proponendi, obsides accipiendi, denique faciendi omnia, quæ ad bellum expediendum pertinent: veruntamen excepto pacis faciendæ jure ac privilegio, quod est, ut dixi, in Rep. πολίτευμα.

Romanorum Ducum potestas supra Senatum.

Reliqua enim jura militaria, Romani Duces exercuerunt etiam contra Senatusconsulta; ut in Historia Fabij, & Livij Marcati legimus: imo etiam contra Imperatorum mandata, de quo Procopius in Historia Belisarij & Narsis. Uterque enim contra mandati fines pugnavit, adeoque victoriam obtinuit.

Legatorum libera administratio.

A Ducibus etiam legati nulla certa mandata accipiebant, sed, *ut pro Republ. consulerent.* Tac. 1. Annal. item, *ut consilium pro tempore & more caperent.* Id Germani efferunt mit volligen gewaldt. Ulpian. *cum libera universorum negotiorum administratione.* Cæsar tamen hanc particulam addit; *si Reipubl. commodo facere possent.* Summum tamen, de quo nos dicimus, Imperium non habuerunt, ne Pompejus, aut Germanicus, aut Corbulo quidem, quorum tamen Imperium extra ordinem amplificatum est.

Pompeij, Corbulonis, Germanici extraordinarium Imperium.

Tacit 2. Annal. *Tunc decreto patrum permissæ Germanico provinciæ, quæ mari dividuntur, majusq; Imperium quoquo adisset, quam his qui sorte aut missu Principis sustinerent.* Quo loco mihi mirari libet hodiernum in Germania belligerandi morem, quandoquidem belli ducibus non tantum certi commentarij, &, ut vocant, directoria traduntur; verum etiam hora pugnæ, si Dis placet, ultro citroque missis litteris præscribitur;

Ex decretis pugnare.

adeoque bella nostra ex decretis, ut Thucid. lib. 1. ait, vel ut Galenus, veluti naves, ex commentarijs geruntur, quo nihil stultius fieri potest. *Necessi-*

cessitas, ait Curt. lib. 7. *ante rationem est, maximè in bello, in quo rarò permittitur tempora eligere.* Unde accidit, ut, teste acerrimo Scriptore, *distantibus terrarum spatijs consilia post res adferantur.* *Ad hercule Reges*, ait Livius lib. 9. *non liberi solum impedimentis, sed domini rerum temporumque, trahunt cuncta consilijs, non sequuntur.* Quam comparationem Alexandri cum Romanis Imperatoribus, imitatus est Tacitus in comparatione Germanici cum Alexandro, lib. 2. Annal. *Quod si*, inquit, *solus arbiter rerum, si jure & nomine regio fuisset, tanto promtius assecuturum gloriam militiæ.* In bello enim nihil magis præstat, quam unius regimen. Id quidam collega ait apud Liv: lib. 6. *regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in viro uno esse, ibique destinatum in animo esse, Camillo summittere Imperium; nec quicquam de majestate sua detractum credere, quod majestati ejus viri concessisset.* Et lib. 4. *Tres*, inquit, *delectu habito profecti sunt Vejos, documentoque fuêre, quam plurium imperium bello inutile esset: tendendo ad sua quisque consilia, cum aliud alij videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti.* Hinc apud Turcas, superioribus annis, Sinan Bassa totum Septennium, etiam præsente Principe, supremum belli Imperium, ea potestate, qua Imperator ipse, in castris exercuit, teste Sorantio in Ottom. Quo etiam consilio Britanniæ Princeps Procancellario suo cartas publicas tradebat, sed sigillo suo obsignatas, quibus in publicis negotijs pro arbitrio suo uteretur: Cominæ: lib. 1. De hujuscemodi cartis Gunterus

CAP. XXII.

πλῆθος τῶν στρατηγῶν.

Sinanis Bassæ supremum belli Imperium.

Impresso plurima signo
Deprensa est vacuis apud illos pagina cartis.

Hactenus de Jure Imperij, pro hoc loco, de quo plenius à me expecta in libris de Jure publico. Hic enim obiter tantũ ac perfunctoriè egisse sufficiat, ut monet insignis tranctandi Artifex Aristoteles, ad rem præsentem intelligendam. ποιητέον γὰρ ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνεται.

FINIS
LIBRI PRIMI.

ARNOLDI CLAPMARII DE ARCANIS RERUMPUBLICARUM LIBER SECUNDUS

CAP. I.

TRIPLEX civilis prudentia. triplex Reipub. ſtatus. ex eo naſcuntur totidem Arcanorum Reip. ſpecies. Quare Ariſtot. arcana regia alto ſilentio prætierierit. Arcanorum præcipui autores.

CAP. I.

ARCANA, in ſpecie ſic dicta, facio triplicia, ex triplici illo ſtatu Imperij. *Nam cunctas nationes & urbes*, ait Tac: *populus, aut primores, aut ſinguli regunt.* Unde triplicem prudentiam notarunt, Ariſtoteles, Cicero & cumprimis Tacit. lib. 3. Annal: *Olim*, inquit, *plebe valida, vel cum patres pollerent, noſcenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur Senatusq́; & optimatum ingenia qui maximè perdiderant, callidi temporum & ſapientes credebantur: ſic conver-*

Triplex prudentia:
Popularis,
Ariſtocratica,
Regia.

converso Reip. statu, neque alio rerum, quam si unus imperitet, has conquiri tradique in rem fuerit. Hoc est, crassa minerva; aliud est nosse rationem gubernandi popularem Rempubl. aliud aristocraticam, aliud regnum sive Principatum. Id quod notarunt Historici in civibus Florentinis: eorum quosdam gratos fuisse tempore Reipub. sed Principibus invisos; alios stante Repub. minimè gratos, principibus vero acceptissimos; alios verò neque sub principatu, neque stante Republ. locum habuisse. Qua de re paucis puto constare. Pro hac Rerump. varietate, & circa hanc prudentia, variant etiam Rerumpubl. arcana, sive sophismata. Vel enim sunt Aristocratica, vel Democratica, vel Regia. In hac Rep. periculum est Regi, vel à plebe, vel à nobilitate; in illa, vel ab uno, qui imperium invadat, vel à patricijs; in ista, vel à plebe, vel ne unus totius Reipub. summam ad se trahat. Hujuscemodi enim civiles dissensiones, ait Cicero in Catil. Orat. non ad delendam, sed ad mutandam Rempubl. pertinent. De prioribus duobus quædam tractat Philosophus in Politic. regiorum verò vix meminit, an quod in occulto erant; an vero quod ea in vulgus dare, adeoque Principum sinus populo obnoxios reddere, dubitavit, ut consuleret dominationi Alexandri Regis sui? Quod ait Cassiodorus 8. Var. Ep. 10. *Arduum esse meruisse Principis secretum, ubi, si quid cognoscitur, prodi vel ab alio formidatur.* & Tacit. 3. Annal. *Arduos principis sensus, & si quid occultus parat, exquirere illicitum, anceps; nec ideo assequare.* Sunt tamen quædam lib. 5. Politic. de Tyrannicis artibus, quarum nonnullas, rectè intellectas, ad arcana dominationis regiæ, sine periculo referas, de quibus postea. Ceterum Arcanorum popularium, & Aristocraticorum, exempla plurima ex Livio, Salustio, alijsque Historicis excerpi possunt. Regia verò arcana omnium acerrimè atque frequentissimè notavit Cornelius Tacitus, & hunc secutus Amm:

CAP. I.

Arcanorum species.

Aristoteles cur omiserit arcana regia.

Arcanorum præcipui autores.

CAP. II. Marcellinus: absq; quo Tacito esset, hæc doctrina maximam partem adhuc in obscuro esset. Itaq; quod olim de Timotheo ac Phrynide scitum est, Timotheum quidem artem fidicinam auxisse, & multis modis reddidisse locupletiorem: sed absq; Phrynide fuisset, Timotheum artificem posterior ætas non habuisset; identidem hac de re dici posset. Etenim absque Aristotele & Tacito esset, nihil, vel parum, de Imperiorum arcanis posteritati constaret.

CAP. II.

Arcana Aristotelica Optimatum sive patriciorum adversus plebem. plebis significatio. plebs mavult decipi quam cogi.

ARCANA igitur Patriciorum contra plebem, sunt recondita consilia per quæ in Republ. ita inescatur plebs, ut putet se habere id quod non habet. Hac enim fallacia lactandus est populus, cui invito aliquid imponere periculosissimum est, quod ait Livius lib. 4. *Verùm enimvero lege id prohiberi & connubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est.* Loquor de plebe, non qualis fuit apud Gallos, quæ teste Cæsare lib. 5. de bel. Gal. pæne servorum habetur loco, quæ per se nihil audet, & nulli adhibetur consilio, & in quos eadem omnia sunt jura, quæ dominis in servos: sed de populo libertatis amante, quive ut de Romanis Tacitus, Guicciard. de Florentinis, & Crantzius de quibusdam Germaniæ Rebusp. testantur, neq; totam libertatem, neq; totam servitutẽ ferre possunt. Ceterúm Arcana Patriciorúm adversus plebẽ hæc fere sunt apud Aristot. lib. 4. Politic. c. 13. cujus verba huc referre jus & fas est. Ἐςι δ᾽ ὅσα προφάσεως χάριν ἐν ταῖς πολιτείαις σοφίζονται πρὸς τὸν δῆμον πέντε τὸν ἀριθμόν. περὶ ἐκκλησίαν, περὶ τὰς ἀρ-

Σοφίσματα Aristotelica.

τὰς ἀρχὰς, περὶ δικαστήρια, περὶ ὅπλισιν, περὶ γυμνασίαν. Περὶ ἐκκλησίαν μὲν τὸ ἐξεῖναι ἐκκλησιάζειν πᾶσι. Ζημίαν δὲ ἐπικεῖσθαι τοῖς εὐπόροις, ἐὰν μὴ ἐκκλησιάζωσιν· ἢ μόνοις, ἢ μείζω πολλῷ. Περὶ δὲ τὰς ἀρχὰς, τὸ τοῖς μὲν ἔχουσι τίμημα, μὴ ἐξεῖναι ἐξόμνυσθαι. Τοῖς δὲ ἀπόροις ἐξεῖναι, καὶ περὶ τὰ δικαστήρια τοῖς μὲν εὐπόροις εἶναι ζημίαν, ἂν μὴ δικάζωσι. τοῖς δὲ ἀπόροις ἄδειαν· ἢ τοῖς μὲν μεγάλην, τοῖς δὲ μικρὰν, ὥσπερ ἐν τοῖς Χαρώνδου νόμοις. ἐνιαχοῦ δ' ἔξεστι μὲν πᾶσιν ἀπογραψαμένοις, ἐκκλησιάζειν καὶ δικάζειν· ἐὰν δὲ ἀπογραψάμενοι, μήτε ἐκκλησιάζωσι, μήτε δικάζωσιν, ἐπίκεινται μεγάλαι ζημίαι τούτοις. ἵνα διὰ μὲν τὴν ζημίαν, φεύγωσι τὸ ἀπογράφεσθαι· διὰ δὲ τὸ μὴ ἀπογράφεσθαι, μὴ δικάζωσι· μηδ' ἐκκλησιάζωσι. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοῦ ὅπλα κεκτῆσθαι καὶ τοῦ γυμνάζεσθαι νομοθετοῦσι· τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις ἔξεστι μὴ κεκτῆσθαι, τοῖς δ' εὐπόροις, ἐπιζήμιον μὴ κεκτημένοις., κἂν μὴ γυμνάζωνται, τοῖς μὲν οὐδεμία· ζημία τοῖς δ' εὐπόροις, ἐπιζήμιον. ὅπως οἱ μὲν, διὰ τὴν ζημίαν, μετέχωσιν· οἱ δὲ διὰ τὸ μὴ φοβεῖσθαι, μὴ μετέχωσι. Ταῦτα μὲν οὖν ὀλιγαρχικὰ σοφίσματα τῆς νομοθεσίας. *Sunt autem illa arcana sive sophismata, quæ ab optimatibus apud populum prætexuntur quinq;: Comitia, Magistratus, Iudicia, arma, & armorum usus atq; meditatio. Circa comitia licere omnibus adesse, sed pœna dicta majore patricijs sive divitibus, si non adsint, quam plebi. Circa magistratus autem, non licere his qui magnum censum habent renunciare magistratui, plebi verò & pauperibus licere. Circa Iudicia, pœnam decernere divitibus, nisi jus dicant civibus; plebi verò, impune sit, sive illis magnam, his vero parvam mulctam dicere, ut est in Charondæ legibus. Quibusdam verò in locis licet omnibus qui descripti sunt, ad comitia, judiciaq; adesse: qui nisi parent, pœnas luunt magnas, adeoq; metu pœnæ, neq; nomina edunt, neq; ad conciones & judicia veniunt. Eodem modo circa arma & gymnasia statuunt. Plebi & pauperibus licet non habere arma: patricijs vero pœna constituta est, ni habeant. Illi si se in armis non exerceant, minimè plectuntur: Patricij vero puniuntur; adeoq; hi metu pœnæ arma tractare compelluntur, illi impuniti ab armis abstinent. Hæc sunt optimatum artes si-*

CAP. XI.

Sophismata circa quinque versantur.

Circa comitia.

Magistratus,

Iudicia,

Arma & Gymnasia.

ve arcana consilia adversus plebem. Idem Aristot. lib. 4. Polit. cap. 9. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις τοῖς εὐπόροις ζημίαν τάττουσιν, ἂν μὴ δικάζωσι· τοῖς δ᾽ ἀπόροις οὐδένα μισθὸν h. est. *In paucorum potentia pœna decernitur optimatibus*, nisi *jus dicant, plebi vero merces nulla*. Hactenus Philosophus. Eandem rem innuit Livius cum ait lib. 4. *Patrum ambitione artibusq; fieri, ut obseptum plebi sit ad honorem iter*: Verum hæc singula in disquisitionem veniunt.

CAP. III.

Ut à Comitijs absit plebs impunè; Patricij verò si emaneant, ut puniantur. Plebi ad honores via minimè occludenda est. Occulta ratio propter quam Tarquinius & Antonius, indictis comitijs, ipsi emanserint. Campi Dominus.

IN Republica, in qua vel optimates, vel pauci, [neq; enim hos hoc loco discerno] principatum obtinent, maximum periculum est à plebe, quæ si ab Imperio prorsus remota est, infensissima est præsenti Reipubl. statui, ut testatur Aristot. lib. 3. Polit. c. 7. *Cum*, inquit, *multitudo inopum in civitate est, eademq; ab honoribus exclusa est, necesse est eam civitatem plenam esse hostium Reipubl.* Hinc in omnibus historijs tot dissensiones ac bella civilia apud omnes ferè gentes, ut in Romana Republ. cum plebs ab omnibus honoribus excluderetur, adeo contra Patres insurrexit, ut maluerit Rempublicam Romanam armis hostilibus obrui, quàm à Repub. prorsus removeri. Cujus rei in

Plebs expers Reip. hostis est ejusdem.

Christia-

Christianorum etiam Republ. exempla fuerunt creberrima, ut de Florentina Republ. Guicciardinus, de Treverensi Scaffneburgensis, & de alijs testatur Crantzius. Idq; ait Justin. lib. 13. *Cum* inquit *Equites quoq; idem fecissent, pedites indignati nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridæum Alexandri fratrem Regem appellant.* Ceterum ne, in Aristocratia, plebi fenestra pateat ad magistratuum creationem, ita enim tandem mutatio atq; conversio præsentis Reipubl. futura est, obliquis artibus & lento nisu, à Reipublicæ administratione arcenda est atq; deterrenda. Primò enim non occludenda est via plebi; quin potius admittenda est, Livius lib. 4. *Et principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quam quibus ut indigni præterirentur.* Verumenimvero pœna dicenda est patricijs ac divitibus, nisi ad comitia veniant, plebi verò & pauperibus pæna remittenda est. Quá speciosa fallacia fascinata plebs, operis domesticis sui suorumq; sustentandorum causa occupata, facilè emanebit: sufficit enim plebi copiam sibi dari Reipub. à qua tamen abstinet propter negotia privata, quorum homines magis satagunt, quam publicorum, quod ait Tac. 1. Hist. *magnitudine nimiâ communium curarum expertem esse populum*, & ibid. *Privata cuiq; stimulatio vile decus publicum.* Patricij verò ac divites, qui nonnunquã in Imperio suo exercendo remissiores sunt, Rempubl. administrare malunt, quam pecuniariâ pæna puniri. Unde quod in rem est Reipub. utrumq; fit. h. e. patricij in administranda Republ. industrij sunt, & plebs ab imperio lubens abstinet. Hanc artem, parum absuit, quin animadvertisset plebs in Rep. Romana: quare tribuni pl. apud Livium ajunt lib. 4. *Fraudem profectò in re esse, & Sempronium comitijs plus artis adhibuisse, quam fidei.* Ceterum ijs qui Rempublicam administrant, à comitijs impune se subducere non licet; id enim potius est δυνάστων, quam ἀρίστων, quo nomine Sylla à Val. Max. lib. 7 appellatur *campi Dominus.* Ideò Tarquinius cum Latinis indixisset comitia, se ta-

CAP. III.

Plebs indignatur se contemni & præteriri.

Plebs magis occupatur rebus privatis quam publicis.

CAP. IV. Ostenditur ratio, quare Tarquinius & Antonius indictis comitijs, abfuesint tamen.

ſe tamen non ſtitit: meo judicio, ut exemplum eſſet ſuæ in Latinos dominationis & prærogativæ. Quam fallacem ſuperbiam animadvertens Turnus Herdinius ſuaſit Latinis, ut quoniam Tarquinius ſe non ſiſteret, domum abirent, neq; magis obſervarent diem conſilij, quam ipſe qui indixiſſet, obſervaret. Idem etiam notat in Antonio Cicero in Philip: *Antonius*, inquit, *edixit, ut adeſſet ſenatus frequens, ipſe verò non adfuit.* In libera enim Republ. jura comitiorum omnes eos adſtringunt, qui reipub. præſunt: quæ cauſa eſſe videtur inter alias, quod Cæſar Treviros, quod neq; ad conſilia veniebant, neq; imperio parebant, pro transfugis habuit.

CAP. IIII.

Ut plebi liceat renunciare Magiſtratui: Patricio verò non liceat. Sophiſma Romanorum adverſus Ap. Claudium. Magiſtratus ſummum Imperium non eſt: ac tamen de eo magna ſunt in Rep. certamina.

ARISTOTELIS & omnium Politicorum ſententia eſt, magiſtratus officium non ſolum tribuendum eſſe volentibus, ſed & nolentibus, ſi digni ſint, duabus imprimis de cauſis. prima eſt, quod hæc recuſatio plerumq; fucoſa eſt, veluti Tacit. de Auguſto expreſſit, cum ſpecie recuſantis flagrantiſſimè cupijſſe. Deinde, quod id communis Reipubl. ſalus poſtulat: adde, quod plerumq; ij qui honores reijciunt, eorum difficultatem atq; onera ſentiſcunt, & vel ob hanc cauſam eligendi ſunt vel retinendi. Id obſervavit Galba, de quo Tranq. *Exiſtimabatur*, inquit, *Senatoria*

natoria & equestria officia biennij spatio determinaturus, nec daturus nisi invitis ac recusantibus. Contra hanc regulam, in optimatum Republ. indulta est plebi licentia renunciandi Magistratui. Cum enim ex plebe magistratus fiunt, autore Liv. lib. 4. ibi non vulgari modo cum infimis comunicatur, sed prorsus aufertur à primoribus ad plebem summum Imperium. Idem lib. 7. *Dictatore obstinato, tollere potius totum è Republ. consulatum, quam promiscuum patribus ac plebi facere.* Quare tribus ex plebe creatis tribunis consulari potestate, idem Livius lib. 5. ait; *non communicatum modo imperium cum plebe, sed prope amissum summum Imperium.* Ceteroquin hac renunciandi licentia plebs, & imprimis illi qui pauperes sunt, sæpenumero à magistratu abstinet, quippè qui plerumq; cum oneribus conjunctus est. E contrario, ut optimates Rempubl. obtineant, pœna illis dicitur, qui magistratui renunciant. Quam rem facere ad præsentem Reipub. statum conservandum, unicuiq; liquet. Huc refero sophisma illud Romanorum adversus Appium Claudium, qui petebat prorogationem Decemviratus: itaq; Patres comitiorum illi habendorum munus injungunt. *Ars hæc erat*, inquit Livius lib. 3. *ne semetipse creare posset, quod præter Tribunos, & id ipsum pessimo exemplo, nemo unquam fecisset.* Sed enim dices magistratum summum Imperium non esse: Summum enim Imperium aliquid excelsius est, ait Tac. 3. Annal. Ceterum in republica maxima ratio haberi debet ejus quod paulatim repit. *Latet enim*, inquit Arist. lib. 5. Polit. *corruptio, quia non tanta apparet.* & eodem libro: *per negligentiã*, inquit, *mutatur status Reipublicæ, cum ad potestates assumuntur illi, qui præsentem Reipubl. statum oderunt*, & Demost. 4. Philip. Quemadmodum in privata vita, sic etiam in Repub. desidia & socordia quotidiana, non in singulis statim, ut quidq; est neglectum, sed in summa rerum apparet. Ac tamen de magistratu obtinendo semper maxima fuerunt certamina, adeoq; teste Livio lib. 2. *distrahitur laceraturq; Respubl. per magistratus, magisq; quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, quæritur.*

Cap. IV.

Sophisma Romanorum adversus Ap. Claudium.

Magistratus non est summum Imperium.

τὸ παρ᾽ ἓν μικρόν.

Immuni-

CAP. V.

Immunitas plebis à Jurisdictione. Plebs tantum sui rationem haberi cupit.

EADEM est ratio jurisdictionis. Magistratus enim est, qui deliberando, sive, ut definit Cujac. juridicundo & adsidua jurisdictione servando, præest. Quicunq; ergo magistrat⁹ est, jurisdictionem habet: at non contra. In jurisdictione enim summum imperium non est. Verumtamen jus dicentis, ut ait Ulpia. amplissimum est; adeoq; Patricij Romani plebi aditum ad consulatum concedere noluerunt, nisi invicem impetrato à plebe de Prætore uno, qui jus in urbe diceret, ex patribus creando. Liv. lib. 6. Imò ipse Tiberius Princeps imperandi scientissimus, patrum cognitionibus non satiatus, judicijs adsidebat, multaq; eo coram adversus ambitum & potentum preces constituta. Ubi Tacitus. *Sed dum*, inquit, *veritati consulitur*, *libertas corrumpebatur*; h. e. dum juridicundo operam dat Tiberius, imperium populi Rom. occupat. Veritatem enim pro justicia usurpari ab alijs annotatum est. Imperatores nimirum non contenti ipso jure Imperij, cognitionem etiam & Jurisdictionem in se rapuerunt, ut videre est in Suetonij Nerone cap. 15. Patricij ergo qui imperium obtinent, non facile ad Jurisdictiones admittunt plebem. Quod ut sine periculo fiat, legem ferunt, quâ patricij ac divites puniuntur, nisi postulati jus dicant, & quidem severè, plebeij verò non puniuntur, vel saltem leviter: eaq; lex olim fuit Charondæ. Quì fallacia soli patricij regnum judiciale obtinent, exclusis plebeijs. Quare quibusdam in locis, teste Aristot. nomina edunt: quo facto, qui se à Judicijs subtrahit, in maximas pœnas incidit. A quibus pœnis ut securi sint plebeij, non facile nomen suum inter ordinem judiciarium profitentur, & impunè emanent. Unde fit ut patricij &

Prætor urbanus.

Imperatorum jurisdictio.

Veritas pro justicia.

tij & divites summam Reipubl. obtineant vel inviti: hæc est enim paucorum potentia, ut definit Aristot. lib. 4. Polit. c. 5. Ceterum ea est natura plebis, ut tantum rationem sui haberi velit, qua impetrata, reliqua transmittit. Arripuerat plebs Romana jus creandi magistratus: ubi Livius lib. 4. *Plerisq; haud dubium erat creaturos ex plebe seditiosissimum quemq;: Verumenimverò eventus eorum comitiorum docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatisq; esse, alios secundum deposita certamina incorrupto judicio esse. Tribunos enim omnes patricios creavit populus, contentus eo quod ratio habita plebejorum esset.* Sic Romæ ingens fuit certamen rei Agrariæ. Sententia tandem Fabij fuit, T. Quintij ductu & auspicio agri capti priore anno aliquantum à Volscis esse. Artium, propinquam, opportunam & maritimam urbem, coloniam deduci posse. Ita sine querelis possessorum, plebem in agros ituram, civitatem in concordia fore. Itaq; jussi sunt nomina dare qui agrum accipere vellent: ibi Livius: *Fecit statim, ut fit, fastidium copia, adeoq; pauci nomina dederunt.*

Plebs sui tantum rationem haberi postulat, reliqua transmittit.

CAP. VI.

Ut plebi liceat arma non habere. Jus armorum. Crimen sumtorum armorum. Armorum positio. Armamentarium Romanorum. Venetorum Arsenale.

Jus armorum, ut dixi lib. 1. non est privatum, sed publicum, de quo est l. unic. C. Ut arm. us. &. et in novel. 17. arma ferre nisi militanti non licet. Arma intellige omnis generis, imprimis illas machinas fusiles, quæ privatis interdici debent: quales hodie sunt bombardæ, Colubrinæ, Salamandræ, Basilici, Sclopi

CAP. VI. majores, Crocodili & arcus perforati, sive arquebuses, qui ad murorum demolitionem usui sunt. Quorum possessio ejus est, qui in Republ. summum imperium obtinet. Ideo Arist. 2. Pol. 8. οὐκ ἔχοντες ὅπλα γίνονται σχεδὸν δοῦλοι τῶν τὰ ὅπλα κεκτημένων. Qui arma non habent, fiunt servi eorum qui habent. & lib. 3. c. 5. In republica illa pars potentissima est, in qua robur belli consistit, & qui sunt in possessione armorum: quam ob causam rusticus arma vel lanceam portare, vel gladium prohibetur. tit. 27. Feud. 2. De pac. ten. Qua in re Romani imprimis relligiosissimi fuerunt. Quinimo in seditione servorum, ne quidem armare plebem voluerunt propter dubium animum plebis. *dant tamen arma*, inquit Livius lib. 3. *non vulgo*. Hinc Minucius Melium accusat, de sumtis armis. *Tela*, inquit Livius lib. 4. *in domum Melij conferri, eumq; conciones domi habere, ac non dubia regni consilia inijsse*. Nam, qui privatâ autoritate arma sumunt, hostes Reipubl. judicantur. Hinc Tacit. 1. Annal. *paratum ab adolescente privato exercitum*. & 5. Annal. *Sed non arma, non rerum novarum studium, sed amores juvenum, & pudicitiam nepoti objectabat*. Quo modo hostes in potestatem redacti arma ponere jubentur, Livius lib. 4. *Dedi imperatorem, arma poni jubet*. & lib. 5. Faleriorum legati ultro; *Mittite*, ajunt, *qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiant*. & Cæs. lib. 2. de bell. Gall. *obsidibus traditis, omnibusque armis ex oppido collatis, eos in fidem recepit*. & Tacit. 1. Histor. *publicè*, inquit, *armis mulctati*. & Gunth. lib. 7.

Armorum possessio.

Privatim arma habere, aut sumere, capitale est.

Armorum positio.

Armaq; victori castellaq; plena relinquens,
Nudus ad hostilem miserè compellitur urbem.

In republ. igitur optimatum, arma habere oportet, & nisi habeant, puniri; plebs verò impunè armis carebit. Quin etiam patricios armamentario instructos esse convenit, quale fuit Romæ, cujus meminit Cicero pro Q. Rabirio, & quod cœlimontio continebatur in regione secun-

Armamentarium pop. Rom.

cunda, ut videre eſt in Noticia utriusque Imperij, quale etiam eſt Venetorum inſtructiſſimum Armamentarium quod Arſenale vocant. Ac tamen ſub Imp. illuſtribus viris, quorum explorata fides erat, uſus armorum concedebatur. l. ult. C. de præp. ſac. cubic: *cum hóc ad implendum eorum deſiderium, & ad nullius læſionem reſpicere videatur*, ut ibidem ait Imp. Anaſtaſius. Et in tit. de pac. ten. & ejus viol. 27. Feud. lib. 2. Miles ad palatium Comitis ferre arma poteſt, rogatus à Comite.

Cap. VII. *Venetorum Arſenale.*

CAP. VII.

Ut plebi liceat ab armorum exercitio abſtinere; & παρόδως atque cum diſtinctione, an expediat cives armis exerceri. Artes patriciorum & Principum. Equitatus Romanus & Turcicus. Ludificatio M. Rutilij, & Germanici, in componenda ſeditione.

CONTROVERSUM eſt inter Politicos, an expediat cives armis exerceri, de quo diſſentiunt magni viri. Mihi conſtat cives, ſi à natura ſint feroces & Imperij inpatientes, armis inſtructos ac manu promtos, facile rebellioni operam dare, & viam repperire ad Imperium. Quam ob cauſam Cretenſes, cum multa ſervis permitterent, ſolum illis vetuerunt armorum uſum atque poſſeſſionem. In Ariſtocratia certè eos, qui primas te-

Cives feroces armis promti facile rebellant.

CAP. VII. nent in Republ: armis exerceri oportet, indictâ gravi pœna, ni id faciant: plebeijs verò impunè ab armis abstinere licet. Hinc fit, ut illi artem militarem addiscant, & plebem facilè ferro à Republ. prohibeant; hi verò, otio & luxuria torpescant.

Patriciorum & Principum artes.

Hanc ob causam Patricij apud Romanos scientiâ militari instituebantur, & imprimis arte equestri.

Ars Equestris.

Ideo Valerius Cos. ad Equites: *Agite*, inquit, *Juvenes præstate virtute peditem, ut honore atque ordine præstatis.* Et Perseus ille, apud eundem Livium, *Equites Romanos* appellat *Principes Juventutis*, *seminarium Senatus*; *inde lectos in primum numerum Consules, inde Imperatores creari.*

Equitatus Romanus & Turcicus.

Adeoque, in equitatu tota militiæ Romanæ dignitas consistebat, ut & hodiè in militia Turcica: veluti hac de re egregiè disputat Scipio Admirates contra Machiavellum; & ego quædam ex Sorantio & Bonfinio annotavi ad Tacitum: habetque hoc locum non tantum in optimatum Republ. verum etiam in Principatu, circa Regum liberos. quo consilio Cæsar Octavium ad imperandum exercuit, omniaque docuit, quæ convenire videbantur ei, qui summum Imperium occupaturus erat, Dion. lib. 45. & Tacit. de Druso filio Tiberij: *nec multo*, inquit, *post Drusus in Illiricum missus est, ut suesceret militiæ, studiaque exercitus pararet; simul juvenem urbano luxu lascivientem, melius in castris haberi Tiberius, seque tutiorem rebatur, utroque filio legiones obtinente.* Patriciorum enim atque nobilium propria est, certe esse, debet scientia militaris. Quod Tacitus de Agricola refert, cum in prima juventa studio flagrasse Philosophiæ, ultrà quam concessum Romanis ac Senatori; ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coërcuisset. Addit igitur Tacit: *Prima castrorum rudimenta in Britannia* &c. Relicta n. Philosophia, statim scientiæ militari operam navavit.

Scientia militaris.

His adde scientiam civilem, studium dicendi, & historias; quibus artibus patricij facile præstant vulgo. Ac tamen

Scientia civilis.

men nescio, cur mihi ad bellum etiam placeat Marius ille, de quo Sallustius in Jugurta. *Non didici litteras, parum placebat eas discere, quippe quæ ad virtutum doctoribus nihil profuerunt. At illa multo optima Reipub. doctus sum; hostes ferire, præsidia agitare, nihil metuere nisi turpem famam, hyemem & æstatem juxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare: hæc atque alia faciendo majores nostri Rempubl. celebrarunt.* Hæc ille de Mario, quamtumvis homine novo. Ac quidem plerumque ita fit, inquit Aristot. 5. Polit. c. 9. *Gubernatorum filij delicijs operam navant, tenuiorum vero Gymnasijs, atque exercitijs militaribus. itaque & volunt magis, & possunt res novas moliri.* Porro hisce non dissimilis est ludificatio illa M. Rutilij. Cos. Rom: Hic, cum milites Romani de Capua occupanda clam inijssent consilia, exercitum purgat missionibus turbulentorum hominum; *alijs emerita dicendo stipendia esse; alios graves jam ætate aut viribus parum validos; quidam in commeatus mittebantur, singuli primò, deinde & cohortes quædam; per speciem etiam militarium usuum, cum alij aliò mitterentur, magna pars ablegati: quam multitudinem Consul alter Romæ, Prætorq; alias ex alijs fingendo moras, retinebat.* Hac eundi licentia milites, ignari ludificationis, fracti sunt: ideò dicebant, *nervos conjurationis ejectos esse arte Consulis.* Sic Germanicus, veteranos seditiosos in Rhætiam misit, specie defendendæ provinciæ: ceterum ut avellerentur castris trucibus adhuc, non minus asperitate remedij, quàm sceleris memoriâ. Idem Tacitus 1. Histor: *Longis spatijs discreti exercitus, quod saluberrimum erat.*

Cap. VIII. Eloquentia.

Quomodo seditiosi milites per artem disjungendi sunt.

Cap. VIII.

Aliquot alia arcana sophismata. Intercessio Tribunicia pro Patrici-

CAP. VIII.

tricijs. Hybernaculorum ædificatio. Agrorum divisio. Coloniarum deductio &c. Sedes servitutis.

Sophisinata Liviana.

EADEM ferè ars fuit Patrum Romanorum adversus plebem, in intercessione impetranda à Tribunis apud collegas. Magnum erat certamen inter patres ac plebem de re Agraria.

Tribunorum intercessio apud collegas.

Itaque cum viderent Patres vi imperij atque argumentis se parum proficere, ad hasce artes se contulerunt: quod prudenter Appius Claudius apud Livium lib. 4. *Facile homines novos, autoritate Principum, de sententia deduci, si temporum interdum potius, quam majestatis memor adhibeatur oratio.* Quare prensant, ambiunt sex ex tribunis, suadendo, monendo, pollicendo, simulando, omnem spem positam esse in Tribunicio auxilio: Ibi Livius. *Præclarum tribunis potestatiq́ esse, non ad vexandum senatum, discordiamq́ ordinum movendam, plus in tribunatu virium esse, quàm ad resistendum improbis collegis.* Quæ intercessio plebis insolentiam sæpe numero fregit: idque ait Livius lib. 6. *Potestas tribunicia, jam suam ipsa vim frangit intercedendo.* Eodem tendit Hybernaculorum ædificatio, quippe quæ dissolvebat potestatem Tribuniciam, ut hoc pacto plebi adimeretur copia usurpandi libertatem, & creandi Magistratus, Livius lib. 5. Quo etiam nomine sæpe bellum adornabatur. Livius lib. 2. *Decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant, otio lascivire plebem.* Hinc Tribuni pl. tantopere conquesti sunt de ablegatione Juventutis ad Veliternum bellum. Ijdem Romani exasperassent plebem, vindicatis seditionibus, divisionem agrorum plebi objecerunt. Livius lib. 4. *Aptissimum*, inquit, *tempus erat, delinimentum animis*

Hybernaculorum ædificatio.

Divisio agrorum.

Volani

Volani agri divisionem objici, quo facto, minuissent desiderium Agrariæ legis, quæ, possesso per injuriam agro publico patres pellebat. Sic ad frangendum plebis impetum, deductio coloniarum instituta est, Livius lib. 10. *Romæ quoque plebem quietam & exoneratam, deducta in colonias multitudo præstabat:* quo nomine Tacito, in Agric. coloniæ dicuntur sedes servitutis. Sed de usu coloniarum vide alios. Sunt enim hæc omnia arcana consilia Patriciorum, per quæ plebs obliquè & per ambages à Jure Imperij atque administratione Reipubl. abstrahitur, quippe simulatur agi de salute Plebis, cum interea plebs in servitutem redigitur: quod ait Tacit: idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.

CAP. IX. | Colonia.

CAP. IX.

Relligione infatuare plebem. Publicè testari & cavere plebi de injurijs. Magistratus fingere damnosos. non omnia nimis aristocraticè agere: ἐκ παραγωγῆς agere.

PRIMORES Romanorum cum omnia nequicquam egissent, ne plebeij magistratus gererent, tandem rem omnem ad relligionem verterunt, quippe quâ, veluti thyrso, percutiuntur mentes humanæ. Quare cum dixissent, comitijs, auspicatò quæ fierent, indignum dijs visum honores vulgari, discriminaq; gentium confundi: ibi dictum factum, plebs relligione attonita, patricios omnes tribunos militum consulari potestate creavit. Ubi Liv. lib. 5. *Patres*, inquit, *non vi agebant, sed precibus, & inter*

Relligionis thyrso plebem percutere.

pre-

Cap. IX.

preces multa Deorum mentio erat, relligiosum parti id maximè fuit. Est hoc arcanum, quo utebantur Patricij ad plebem veluti dementandam. Itaque interfecto Consule qui plebejus erat, quasi piaculo hoc expiato, indignantes, *irent*, inquiunt, *crearent consules ex plebe, transferrent auspicia, quo nefas esset. potuisse patres plebiscito pelli honoribus suis; num etiam in Deos immortales inauspicatam legem valuisse? Vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia; quæ, ut primum contracta sint ab eo, à quo nec jus nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur*, Livius lib. 7. Atque hoc arcano aliud agitur, aliud simulatur agi. Unde idem Livius lib. 10: *simulabant ad Deos magis, quam ad se pertinere: ipsos visuros, ne sacra sua polluantur; id se tantum optare, ne aliqua in Republica clades obveniat.* Relligio n. permultum potest apud plebem, & imprimis apud milites. Sic Germanicus seditionem composuit in defectu Lunæ, quo veluti ominoso, militum vulgus terrebatur. Itaque Tacit. *Utendum*, inquit, *ea inclinatione Cæsar, & quæ casus obtulerat, in sapientiam vertenda ratus &c.* Cujus rei, in Historijs omnium fere gentium, exempla sunt. Adeo autem plebs relligioni dedita est, ut etiam in Juramento Patriciorum acquiescat: quale erat illud Atheniensium, & hodie multorum Principum; *Juro, populum nullis injurijs affectum iri.* Plebs enim juramento hoc contenta, & veluti secura, de reliquis non admodum erit sollicita, etiamsi postea magnis injurijs afficiatur. Itaque Arist. lib. 5. Polit. c. 9. *In quibusdam*, inquit, *civitatibus nunc jurant, & denunciant populo omne odium: expediret autem simulare, ac fingere contrarium, atque ita juramentum concipere. Non afficiam populum injurijs.* Quo magis onera adjungenda sunt ipsis Magistratibus, quæ plebem à Reipubl. administratione absterreant, ut monuit idem Aristotel. Hinc Senarius ille.

[Margin: Superstitio in plebe quantum valeat.]

[Margin: Iuramentum de salute populi.]

[Margin: Onera Magistratui addere.]

Honus

Honus est honos, qui sustinet Rempublicam:

Nonnunquam enim ἀρίστων est, non omnia aristocraticè agere. Romani certè, nimis undique libertatem minimis quoque rebus muniendo, modum excesserunt, teste Livio lib. 2. adeoque *avidè ruendo ad libertatem, in servitutem elapsi sunt*, Livius lib. 3. Ideo Cælius ille ad Ciceron: *Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quod optimum est, eligas.* Atque hæc sunt sophismata, sive arcana Patriciorum adversus plebem, quibus aliud simulatur, aliud agitur. V.g. Simulatur illud agi, ut plebi parcatur, neve nimia mulctarum indictione vexetur, atque emungatur. At enimverò illud agitur, ut plebei, quos hac in Republ. Imperiorum capaces esse minimè oportet, à publicis negotijs abstineant: idque obliquis hujuscemodi artibus & ἐκ παραγωγῆς, ut loquitur Arist. 5. Politic.

Non nimis Aristocraticum esse.

CAP. X.

Alia consilia Aristocratica adversus plebem. Educatio Juventutis varianda pro forma Reip. Leges Aristocraticæ. Leges Romanæ. Quinquennalis Reipubl. redintegratio apud Florentinos. publica munificentia.

SICUT Servius definit dolum malum, machinationem quandam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, aliud agitur: sic nos Arcana Reipub. definimus, machi-

CAP. X.

nationem sive occulta consilia conservandæ præsentis Reipubl. quibus aliud agitur, aliud simulatur agi. At enimverò Labeo definitionem doli impugnavit, posse & sine simulatione id agi, ut quis circumveniatur. Eadem ratio est hujus doctrinæ. Quædam enim sunt arcana, in quibus aliud agitur, aliud simulatur: quædam etiam sunt occulta consilia, in quibus nulla est vel saltem exigua simulatio: qualia fere sunt hæc. Primum, cum juventus secundum hanc formam educatur. Id quod teste Aristot: plurimum facit ad pręsentem Reipubl. statum conservandum: adeoque Tacit: ponit inter fundamenta Principatus Romani. Extinctis enim, qui Republ. adhuc stante & libera vixerant, nemo amplius supererat, qui dulcedinem libertatis gustaverat. Itaque Tacit. *quotus quisque*, inquit, *reliquus qui Rempubl. vidisset*. Aliter enim imbuuntur Aristocratici Juvenes, aliter populares, aliter Regum ac principum liberi. hoc est, aliter juventus educanda est in regno, aliter in optimatum Imperio; aliter in populi: de quo paucis constat. Quæ tamen res Brutum impulisse mihi videtur, ut parta libertate, sustulerit liberos suos, qui in regno nati atque educati erant. Deinde leges ad præsentem statum conformandæ sunt. Aliæ enim leges, teste Philos: conveniunt regno, aliæ Democratiæ, aliæ Aristocratiæ. Quare de Augusto Tacit: 3. Annal. *eum, multis abolitis, dedisse jura queis pace & principe uteretur Respubl.* Hinc liquet, quandoquidem Imperium hodiernum à veteri illo Romano, permultum declinat, etiam leges quasdam antiquæ Reipubl. Romanæ hodiernæ minimè convenire; ut sunt de imperio Principis, de dote, de successionib. & id genus aliæ: quas tamen quidam JCti valde infruniti, promiscue & veluti obtorto collo, ad præsentem Rempub. torquere conantur. Tertiò, ad principia sua resolvenda est sæpe respublica: quâ arte, nullam ad statum conservandum præstantiorem esse notavit acutissimus Machiavellus.

Doli & consilia absque simulatione.

Iuventus pro natura Reipubl. educanda est.

Aristocratica institutio

Quare Brutus sustulit liberos suos.

Leges Aristocraticæ.

vellus. Hæc enim est natura Rerumpubl. ut facile ultrò aliquid attrahant, sive ex progressu temporum, sive ex incuria atque negligentia eorum qui Rempubl. administrant: quod si serpat ulterius, neque abscindatur, facile in aliam rempubl. mutant. Nam, ut canit Poeta, *Si paulum summo discessit, vergit ad imum.* Quare operam dabunt in Aristocratia viri Principes, ne facile cedant plebi: quod ajunt seniores Patrum apud Liv. lib. 3. *ut nimis feroces Juvenes patricios esse; ita malle, si modus excedendus esset suis quam adversarijs superesse animos.* Deinde, sicubi à jure suo discesserunt, Rempubl. instar Chimicorum resolvere, qualis apud Florentinos, teste Machiavello, erat quinquennalis Reipubl. redintegratio. Idque in Italiæ urbibus fecit Fridericus Ænobardus, de quo Gunter. lib. 8.

CAP. X.

Respublica ad principia sua revocanda est.

Plebi minimè cedendum est.

Quinquennalis Florentinorum redintegratio.

Sed veterum leges, edictaque regia, longo
Justitio suppressa silent, quæ Carolus olim,
Quæ noster vulgavit Otho, vestigia Juris
Pauca sui Italicis agnoscit fiscus in oris.
Consulite in medium, quas me, vel ferre recentes,
Vel senium passas leges renovare, velitis.

Imprimis autem populus doceri debet, pecuniam publicam in Reipubl. salutem atque splendorem converti. Ideò publica ædificia exstruenda sunt; Academiæ aperiendæ; pontes, portus, templa ad magnificentiam aliquam exædificanda. Quæ publica munificentia ut Tac. 3. Annal. vocat, valde mitigat plebis ferociam. Qua in re Romani prudentissimi fuerunt, atque dignissimi admiratione. *Voverat*, inquit, Tacit. de Capitolio Romano, *Tarquinius Priscus rex bello Sabino, jeceratque fundamenta, spe magis futuræ magnitudinis, quam quo modicæ adhuc populi Rom: res sufficerent. Pulsis vero Regibus, Horatius Pulvillus iterum consul dedicavit, ea magnificentia, quam immensæ postea populi Rom. opes ornarent potius, quam augerent.* Sed de his satis. ταῦτα γὰρ ἄλλης πραγματείας.

Publica Romanorum munificentia.

CAP. XI.

Arcana Aristocratica contra regnum. Virum nimis excelsi animi in bellum ablegare, sed cito revocare. Offerre urbanos honores, & non nisi præsenti. Ne quis diu magnum magistratum gerat: imò ne bis gerat; eaque omnia simulatione minuendæ molestiæ. Nimis elatum non præcipitare, sed sinere ut à seipso ruat.

Ne unus supra reliquos nimis crescat.

SEQUUNTUR nunc Arcana Aristocratica contra regnum: suntque hæc occultæ rationes, ne unus aliquis in Republica optimatum nimis potens fiat, adeoque imperium invadat. Circa quam rem maxima cura opus est, quod facile inter tot potentes, non nemo spem capit occupandæ dominationis. Ideo Sueton. de Cæsare. *Unus*, inquit, *ex eo tempore omnia in Republ. & ad arbitrium administravit:* Idem *Cæsar societatem cum Pompejo & Crasso inijt, ne quid ageretur in Republ quod displicuisset ulli è tribus.* In quo etiam Brutus rectè increpavit Ciceronem, quod nimijs efferendo honoribus adolescentem Octavium, adversus Rempublicam armasset. Quod si nunc aliquis nimia potentia creverit, is in bellum ablegandus, sed specie honoris, & cito revocandus, vel simulatione minuendæ molestiæ, vel offerendo honores urbanos idque non aliter, nisi præsenti: quemadmodum etiam

In bellum ablegare:

Rursum urbanos honores offerre.

Cap. XI.

etiam Tiberius Germanico consulatum obtulit, cujus munia præsens obiret, quo eum à cursu victoriarum abstraheret. *Itaque non cunctatus est ultrà Germanicus, quanquam fingi ea, seque, per invidiam, parto jam decori abstrahi intelligeret.* Hujus autem rei imprimis usus est in Aristocratia, in qua nemini diu summum Imperium, ac præsertim bellicum, destinandum est. Ideo nefas fuit apud Romanos, Dictaturam ultra sex menses retinere teste Pompon. Quod identidem graviter M. Tullius in Epist. ad Attic. de Cæsare. *Nam quid impudentius? tenuisti provinciam per decem annos, non tibi à Senatu, sed à te ipso, per vim & per factionem datos: præterijt tempus, non legis, sed libidinis tuæ; fac tamen legis: ut succedatur, decernitur: impedis & ais, habe mei rationem; habe tu nostrum. Exercitum habeas diutius quam populus jussit, invito Senatu?* Quam etiam naturalem nobilitatis superbiam, morandique in Imperijs cupiditatem, perstringit C. Marius apud Paterculum. Quo magis cavendum est, ne quis eundem magistratum bis gerat: idque monuit Aristot. in Politic: Et M. Rutil. Censorinus iterum censor creatus, ad concionem populum vocatum, quam potuit gravissima oratione corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulissent, cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum judicassent. Quare eodem censente, ut refert Plutar. Lata lex est, ne cui bis eum magistratum ambire liceret. Sic Athenis nemo potuit bis esse ἐπιστάτης, teste Polluce lib. 8. Eodem pertinet SCtm de tribunis militum creandis: *ne cujus ratio haberetur, qui eo anno tribunus plebis esset, neve quis reficeretur in annum tribunus plebis.* Verumenimvero nonnunquam accidit, ut unus in Republ: vel propter res gestas, vel per collegarum negligentiam, potentiâ nimia crescat: ibi tum frangendæ sunt ejus vires; sed per ambages, & circumductione aliquâ; ne si continuo præcipitetur, causam habeat extrema, eaque præcipitia,

Nemini diu magnum magistratum, præsertim bellicum, committere.

Naturalis nobilium, morandi in Imperijs, cupiditas.

Nemini bis deferre eandem potestatem.

Elatum non præcipitare.

ac Reipubl. periculosissima, experiundi: idque Pericles monuit, teste Valer. lib. 7. c. 2. ut præcipuæ nobilitatis & concitati ingenij juvenes refrenentur. Nimio verò favore ac profusa indulgentia pasti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur: *quod stultum sit & inutile, eas obtrectare vires, quas ipse foveris.* Quare obijciendæ sunt illi rationes, per quas à se ipso ruat, *invidiæq; flamma ac via*, ut loquitur Livius, *suggerenda:* veluti Manlius apud eundem. *Quin cum plebe aggredimur, quem per ipsam plebẽ tutius est aggredi, ut suis ipse oneratus viribus ruat.* Sic Mecænas, teste Paterculo, per summam quietem & dissimulationem speculatus est præcipitis cōsilia juvenis, & mira celeritate, nullaq; cum perturbatione aut rerũ aut hominũ, oppresso Lepido, novi ac resurrecturi belli civilis extinxit incendium. quam astutiam etiam calluit Alexander, à quo Philotas ad ultimas epulas invitatus est: & Rex, non cęnare modo, sed etiam familiariter conloqui cum eo quẽ damnaverat, sustinuit. Et Tiberius, Libonem delatum affectati regni, ornavit præturâ, convictibus adhibuit, non vultu alienatus, non verbis commotior, cunctaque ejus dicta factaque, cum prohibere posset, scire malebat.

Suggerere flam̃am invidiæ.

Vt suis oneratus viribus ruat.

CAP. XII.

Factiones alere; sed cavere ne erumpant; vel arte dirimere. Πολιτικὸν opus. Πολιτικὸν σκέμμα. Ne duo ex una familia uno tempore in Senatu sint. Ne magna Imperia in una familiâ continuentur.

CATONIS, aliorumque prudentissimorum virorum sententia fuit, expedire Reipubl. ut factiones atque discordiæ sint inter viros magnos & potentes.

tentes. Quorum ego sententiam non attenuabo. Ceterum discordiam ordinum, Livius ait, venenum esse Respubl. Adeoque paucorum gubernatio, teste Aristot. 5. Polit. 6. si concors est, non facile à se ipso ruit, quod instar oraculi esse debet optimatibus. Propter quam caussam Fabius, Tiberius Gracchus, aliique, privata odia publicis utilitatibus remiserunt. Quod si nunc factiones serpunt inter civitatis principes, hæ artificiosè ac prudenter dirimendæ sunt. Quod ni fiat, hujuscemodi æmulatio erumpit tandem, facitque ut alteruter, & à victoria potens, & à dominandi libidine efferatus, imperium & dominationem solus invadat. Quæ res postea, eum in statum rempubl. deducit, teste Pomponio & Tacito, ut pacis interfit, omnem potestatem in unum conferri: idque ipse M. Tullius vel invitus fatetur, eum statum fuisse Reipubl. Romanæ, ut eam unius consilio atque cura gubernari fuerit necesse. Verum hac in re arte opus est atque singulari prudentia: adeoque Cicero appellavit πολιτικὸν opus, veluti in dirimendis controversiis Cæsaris & Pompeii. *Utinam*, inquit, *in hac miseria Reipubl. πολιτικὸν opus efficere, & navare mihi liceat*, lib. 9. Ep. 11. ad Attic. Et Baldus in epistola quadam ad Cic: *Quod si Pompejus & Cæsar conjungi possint, me satis vixisse putabo.* Est πολιτικὸν opus, arduum opus ac difficile. Sic idem Cicero πολιτικὸν σκέμμα: quæstio politica, quæ difficultatem habet. *Est*, inquit epist. 1. lib. 10. ad Attic. *τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, veniendumne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.* Ceterum ad unius etiam potentiam, quæ in Republ. optimatum formidolosa est, infringendum arcanum illud quod ab Æduis usurpatum repperio apud Cæsar. in Comment: ne duo ex una familia, vivo utroque, non solum magistratus essent, sed ne quidem uno tempore in Senatu. quamvis etiam hoc ipsum periculo non caret, ut innuit Aristot. 5. Polit. Eadem caussa fuit, quare Pompejus Columna,

CAP. XII.

συμφωνία Patriciorum.

Factiones artificiosè dirimere.

πολιτικὸν opus.

σκέμματα πολιτικά.

Ne duo vel plures ex una familia magnos magistratus gerant, eodem tempore.

CAP. XIII.

Ne magna imperia ab una familia præſcribantur.

mna, Julianum Mediceum pontificem fieri noluit; quod Pontificatum in una domo duobusque fratribus continuari, parum æquum ac maximè ambitioſum putaret, autore Jovio. Atque olim apud Livium lib. 1. Sabini, ſui corporis regem creari volebant, *ne, quia poſt Tatij mortem, ab ſua parte non erat regnatum, in ſocietate æqua poſſeſſionem imperij amitterent.* Quanquam regulariter jura publica præſcribi nequeunt: Præſcriptio enim temporis juri publico reſiſtere non debet. l. 6. C. De operib: publ.

CAP. XIII.

Arcana plebis ſophismata contra Optimates: & quomodo ingenia Democratica diſcernenda ſint à patricijs & regijs. Lex Licinia. Lex repetundarum. liberæ accuſationes. ne plebs penuria laboret.

Arcana Democratica ſophismata.

ATQUE horum præcipuus uſus eſt in Ariſtocratico ſtatu. Ceterum arcana Democratica contra optimates, pœne eadem ſunt; ſed inverſo ordine. Ita enim Ariſtoteles lib. 4. Polit. c. 13. ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, πρὸς ταῦτ' ἀντισοφίζονται, τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις, μισθὸν πορίζουσιν, ἐκκλησιάζουσι, καὶ δικάζουσι, τοῖς δ' εὐπόροις οὐδεμίαν τάττουσι ζημιάν. *In populari autem ſtatu, contra hæc, alia excogitant. Pauperibus enim ſalaria conſtituunt, concionantibus atque judicantibus; divitibus autem, ac Patricijs, nullam pœnam imponunt.* Unde plebs ad magiſtratus contendit, inlecta mercede ac præmijs; Patricij verò ultrò à magiſtratu abſtinent. Et lib. 4. c. 9. ἐν ταῖς δημοκρατίαις, τοῖς μεν

ἀπόροις

ἀπόροις μισθὸν τάττουσι· τοις δ' εὐπόροις οὐδεμίαν ζημίαν. *In* CAP. XIII.
populari statu, plebi mercedem, divitib. pœnam nullam constituunt. Quod ait Livius lib. 4. *Eo impendi laborem atque periculum, unde emolumentum atque honos speretur.* Eadem est ratio circa arma & armorum usum atque meditationes bellicas, quibus in Democratia cumprimis plebs vacare debet. Respublica enim, teste Aristot. est eorum qui arma possident: quæ omnia ex superioribus intelliguntur. Sunt & alia occulta consilia in Imperio populi. Permagni enim interest in Democratia, eos imperare, qui & populares sunt, & præsentem Imperij statum amant. Qui distinctè discerni possunt in Historia Romana. Nam stante Republ. boni Aristocratici fuerunt App. Claudius, Coriolanus, Furius, Manlius, Cæso. *Boni Aristocratici cives.* Contra, boni populares fuerunt & veluti magistri plebis, Servilius, Tit: Quintius, Menenius, Sicinius Virginius, alijque. *Democratici cives.* hos libenter plebs in magistratu videt, illos Patricij: Quibus adde tertium genus eorum, qui regnum affectabant; quales erant Melius, & Manlius. *Cives Regij.* De Manlio Livius lib. 6: *Vir, nisi in civitate libera natus esset, incomparabilis.* Sed & alia huc refero quorum familiam ducunt Lex valeria, de qua Halicar: & Livius lib. 10. & lex Licinia, qua cautum fuit, ne quis civium plus possideret, quam quinquaginta jugerum. *Lex Licinia.* Ideo Tribuni pl. ad Patricios. *Auderent ne postulare, ut cum bina jugera agri plebi dividerentur, ipsis plus quingenta jugera habere liceret?* & lex repetundarum: *Lex repetundarum.* id quod identidem monuit Aristot. in populari statu, rationem rerum gestarum à magistratu sæpenumero petendam esse. quibus adde populares leges, popularem educationem, liberas accusationes, quæ veluti arma fuerunt plebis Rom. adversus Patricios. *Libera accusatio.* Sicut enim illæ calumniandi artes Reipubl. pernitiosissimæ sunt; ita accusationes liberæ maximum in Republ. usum habent. Id tradit Livius lib. 2. *In exeuntem,* inquit, *Coriolanum è*

K *curia*

CAP. XIV.

curia impetus factus esset, ni peropportunè diem tribuni dixissent. Ubi ira est suppressa, se judicem quisque, se dominum vitæ necisque inimici factum videbat. Aliud est enim calumniari, aliud prævaricari, aliud accusare: quod docet Cujac. in observat. lib. 4. & 10. & vide hac de re duos prudentissimos scriptores ac populares, Machiavellum & Ammiratem. Ac tamen recte monet Aristot. in populari statu magnam pœnam constitui oportere ijs, qui crimen alicui sternere intentaverint. Imprimis autem ijs, qui in Republ. populari imperant, cavendum est, ne plebs penuria laboret, neve cogatur á divitibus opem petere, ijsdemque se summittere. Ita enim primores Romani usi sunt occasione annonæ, ad dissolvendam tribuniciam potestatem. Deinde opera danda est, ut divites & nimis potentes per vectigalia, tributa, aliosque occultos sed legitimos sinus emungantur, adeoque semper maneat penes populum, & potentia, & summa autoritas atque majestas.

Accusare & calumniari differunt.

Cavere ne plebs penuria laboret.

Annonam sufficere plebi.

CAP. XIV.

Arcana Democratica contra regnum. Jurare neminem passurum regnare; bona regia diripere; destruere domum ejus qui regnum affectat; Regum imagines abolere; memoriam damnare; statuas frangere. Innominabiles. Imperia non prorogare; cavere intestina bella, ὀδύναι Rerumpubl.

Omnium

Cap. XIV.

Omnium maximum periculum est in populari statu, ab ijs, qui vel animi mobilitate novis Imperijs student, vel dominandi libidine ipsi imperium adfectant. Hæc est natura mortalium, non contentum esse præsenti statu. Qui in libertate vivunt, regnum exoptant, qui in regno, libertatem. Multi nullo contenti sunt Imperio, nullo Reipubl. genere, qui vix, dum hodie unum experti sunt, cras aliud affectant, quod postridie identidem evertant: adeo ipsos quidem Judæos non potuit non pœnitere recuperatæ libertatis, Exod. 16. Contra hujuscemodi reperta etiam sunt arcana consilia stabiliendæ libertatis: quale est illud Bruti, qui omnium primum, avidum novæ libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut donis regijs posset, jurejurando adegit, neminem Romæ passuros regnare, adeoque bona regia diripienda plebi dedit, ut contacta regia præda, spem in perpetuum cum his pacis amitteret, Livius lib. 2. Idem lib. 4. *Nec satis esse sanguine ejus expiatum, nisi tecta parietesq; intra quæ tantum amentiæ conceptum esset, dissiparentur, bonaq; contacta precijs regni mercandi publicarentur. Jubere itaq; quæstores vendere ea bona, atq; in publicum redigere; domum deinde, ut monumento areæ esset, oppressæ nefariæ spei dirui ex templo jussit.* Quod etiam mansit sub Imperatoribus. ita in lib. 2. tit. 53. De pacten: *bona ejus publicentur, & domus ejus destruatur.* Pulcra certe ratio confirmandi plebem alias inconstantem, & vento mobiliorem. Quo nomine Ædui, ut refert Cæs. 1. de bell. Gall. profectionem suam adversus Gallos lege confirmarunt. Eandem ob caussam nemini in Republ. Rom. licuit Tyranni imaginem habere. Ambros. 1. offic. *Tyranni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius est damnationi?* adeoque memoria tyrannorum eorumque qui regnum affectaverant, damnabatur. Nam postquam Manlius regnum affectasset, gentis Manliæ, decreto

Arcana consilia conservandæ libertatis.

Iurare neminem passurum regnare.

Bona regia diripere.

Ædes diruere.

Lege confirmare.

Tyrannorum imagines abolere.

Memoriam damnare.

CAP. XV.

decreto cautum est, ne quis deinde M. Manlius vocaretur. & Cic. 14. Philip. *cujus totus consulatus est ex omnium monumentorum memoria revulsus.* & hi in jure Canonico dicuntur innominabiles, sicut & statuæ eorum frangebantur: Juvenal.

Innominabiles.

Frangendâ miseram funestat imagine gentem.

Quibus artibus & plebi regnum invisum redditur, & regni memoria perpetua oblivione sepelitur. Præcipuè autem illa imperiorum diuturnitas atque prorogatio, in populari Repub. periculosa est: quod ait Livius lib. 4. *Libertatis magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sinas, & temporis modus imponatur, quibus juris non potest.* & lib. 9. clarius: *Triennium*, inquit, *& sex menses, ultrà quam licet Æmylia lege, censuram geram, et solus geram, hoc quidem jam regno simile est.* & lib. 3. de Decemviris. *Idus Majæ venêre nullis subrogatis magistratibus, privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis, neque ad speciem honoris insignibus prodeunt; id vero regnum haud dubie videri, deploratur in perpetuum libertas.* Quod quidem propriè sophisma non est, est tamen occulta & necessaria ratio conservandi democratiam, quarum aliquot alias vide apud Aristot. in Polit: sicut & illud, cavendas esse imprimis in hac Republ. seditiones ac bella civilia, quæ componi vix possunt, nisi Imperio ad unum devoluto: quod Tacitus de Augusto refert, eum rempubl. discordijs civilibus fessam nomine Principis sub imperium accepisse. Quare scriptor quidam Gallicus hujuscemodi bella civilia ex Plutarcho, ni fallor, appellat dolores, sive ut Græci vocant ὠδῖνας reipubl. parturientis magnum aliquod regnum.

Haud diuturna Imperia.

Bella civilia avertere.

Bella civilia parturiunt regnum.

CAP. XV.

Arcana regia sive Arcana Imperij contra plebem. πρόφασιν ac titulum

tulum excogitare occupati Imperij, colorem quærere. Lex regia, sive lex Imperij. Lex Valeria. Donatio Constantini. Solymanni prætextus ad occupandam Romam. Veneti quomodo sint Domini maris. Cap. XV.

Hactenus de Aristocraticis & Democraticis Arcanis. De regijs vero, quæ Cornel. Tac. appellat *Arcana Imperij*, frustra apud Aristotelem quæras. Itaque operæ pretium me facturum puto, si quædam etiam ex Scriptoribus alijs excerpsero, quæ latent, & vix ab ipsis autoribus exprimuntur: tum quod id à nemine hactenus factum est, tum etiam quod id maximum in Principatu usum habet. Arcana Imperij. Æquè enim difficile est, atque haud scio an difficilius, populum natum libertati, cujus, ut ait Jovius, dulcissimum nomen est, ad regni leges cogere atque assuefacere. Quo majori opus fuit prudentia illis, qui libertate plebi ereptâ, regni fundamenta valida jecerunt. Cujus rei multæ sunt artes; qualis est illa. Excogitare prætextum sive πρόφασιν occupati Imperij. Colorem & titulum quærere accepti Imperij. Unde Sallustius appellat legitimum Imperium, veluti de Romanis in bello Catilin: *Imperium legitimum, nomen Imperij regium habebant*. Tiberius certe famæ dedit, ut vocatus electusque potius videretur, quàm per uxorium ambitum & senili adoptione irrepsisse. Idem de Nerone Seneca in Octavia,

Licet ingratum
Diræ pudeat munere matris
Hoc Imperium cepisse.

Pleraque enim regna vi & bello, nonnunquam per scelera, occupantur, qui titulus quandoquidem invidiosus Titulus invidiosus.

CAP. XV.

est & violentus; consultius est ementiri Imperij Leges, & SCta, vel saltem invitis extorquere, quæ postea omnibus alijs postpositis sola & veluti ἐν αἰνιγμοῖς magnificè ostentanturi, ὅπως, ut ait Xiphil: μηδὲν δόσεως ἄνευ ἔχειν, δοκῶσιν. hoc est, ut omnia habere videantur concessu populi. Sicut etiam *in contractibus privatis color quæritur* ut ait Julian. l. 7. ff. de SCto Maced. Quo certior sum legem regiam, quæ de Imperio Principis lata dicitur, quâve populus ei, & in eum, omne imperium suum & potestatem concessit, ante Vespasiani imperium nullam fuisse, vel si fuit, aut emendicata est, aut vi extorta, quicquid alij sentiant. Veluti Sylla, fretis exercitu ac legionibus in urbem admissis, Dictatorem se in annos 53. lege Valeria creari jussit, quam tamen legem M. Tullius negat fuisse legem. Sic Augustus consulatum 20 ætatis anno invasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque qui sibi nomine exercitus deposcerent: cum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, rejecto sagulo, ostendens gladij capulum non dubitasset in curia dicere: *hic faciet, si vos non feceritis* Tranqu. in Augusto. Et Cosmus Medices post Alexandri cædem senatum Florentinum coëgit, ut se perpetuum ducem crearet. De donatione Constantini, nemo est tam bardus, quin idem sentiat: & eruditè nuper hoc præter doctiss: Hottomannum ostendit Gentilettus in Apologia. Quin etiam ingenuè, καὶ ἀφελῶς, ipse Pontifex Paulus III. respondit, quærenti de Jure pontificatus totque Principatuum titulo: *O te*, inquit, *hominem scholasticum & omnium rerum ignarum, qui imperij jus quæris, quod jam à tot annis contra omnium vim possidemus ac ferro defendimus:* Eandem fraudem fassus est Solymannus; Romam ad Ottomannos pertinere, propterea quod à Constantino, in præjudicium successorum, alienata sit. Veneti certè Dominatum maris non alio titulo se obtinere publicè professi sunt, quam bello & victoria: ut constat ex arguta & ingenua responsione missa ad Pontificem.

Lex Regia.

Lex Valeria de Imperio Syllæ.

Cosmus perpetuus Dux creatus ab Senatu invito.

Donatio Constantini.

Imperium Pontificum.

Turcarũ prætextus in occupãda Roma.

Veneti Domini maris jure victoriæ.

CAP. XVI.

Ἀκκισμὸς, sive tergiversatio in accipiendo imperio. εἴρων semper deliberat. Ingerens se suspectus fit. Blæsi inepta recusatio.

Eadem ratio est infatuandi plebem, quoties ij, quibus imperia & dignitates demandantur, ita se fingunt atque componunt, ut videantur inviti illud agere, quod agunt. Græci eleganter appellarunt ἀκκισμὸν, ab Acco illa, quæ quod cupiebat, curiosissimè recusabat. Cujus rei duplex usus est. Nam hac recusatione cùm aliorum sententia elicitur; quod de Tiberio refert Tacitus, *eum ad introspiciendas procerum voluntates induxisse dubitationem*; tum plebs magis magisque accenditur ad rem, quam intendit, efficiendam. Id ait Livius lib. 6. *Licinius*, inquit, *Sextiusq; cum tribunorum plebis creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut negando omnia, sibi velle continuari honorem acerrimè accenderent ad id, quod dissimulando petebant plebem*. Quam artem egregiè calluit Augustus, de quo Tac. 1. Annal. *eum specie recusantis flagrantissime cupivisse*: & de Tiberio idem Tacit: *Ambiguus imperandi*: & Sueton: *tandem* inquit, *quasi coactus, & querens miseram & onerosam sibi injungi servitutem, recepit Imperium, nec tamen aliter, quàm ut depositurum se quandoq; spem faceret.* Qualem dubitationem etiam bellè finxit Otto Imp. factus: qui, teste eodem Sueton. *quasi raptus de publico, & suscipere Imperium vi coactus gesturusq;, communi omnium arbitrio palatium petijt.* Hinc Arbiter:

Vsus Accismi.

Dubitationem indicere.

Nolo, quod cupio statim tenere,
Nec victoria mi placet parata.

Eadem

CAP. XVII. Eadem arte Joannes ille Basilides Muscoviæ dux usus fuisse legitur. Talis autem Theophrasto εἴρων dicitur. Ita enim in Characteribus. *Quicquid agit cavillator, clam id habet, & se adhuc deliberaturum dicit.* Unde etiam lege cautum est, ne magistratus, eos tutores crearent, qui se ipsos volunt ingerere; quive, ut creentur, pecuniam dant. hos enim pœnæ obnoxios esse promulgatum est l. 21. D. de tutor. & curat. & l. 25. D. de Procurat. *Non ferendus est procurator, qui sibi adserit procurationem: nam hoc ipso suspectus est, qui operam suam ingerit invito.* Hinc Alexan: Imp. dicere solitus est invitos, non ambientes, in Rempubl. collocandos esse. Et vel ob hanc causam hujuscemodi accismum finxerunt primi Imperatores. Circa quam rem tamen magna difficultas est. Talis enim cunctatio, quamdiu non apparet, dignitatem & usum habet suum, ubi verò erumpit & palam fit, inepta est atque ridicula. quales sunt illi, qui quod cupidissimè ambiunt, ita recusant, ut ipsorum libido atque aviditas vel cæcis appareat. Idque Tacit. notat in Blæso. *Hic Blæsus, cum legeretur Procos. Africæ, respondit speciè recusantis, sed neque eadem asseveratione & consensu adulantium auditus est: exin promtum quod multorum intimis questibus tegebatur &c.*

Qui operam suam ingerit, suspectus est.

CAP. XVII.

Otium plebi auferre. discernere cõtumaces ab obsequiosis. Ἀντίτυχοι. contumaces. Elati supra modum hominis privati. feroces. plus quam civilia agitantes. Recalcitrantes Majestati:

ſtati: Modeſti, obſequioſi, obſequio graſſantes, ἄρεσκοι, Placentini, Courtiſan, Hoffleutte; & notatur ingeniorum diverſitas in magnis civitatibus.

SICUT autem cum in regno, tum in alijs Rebuspubl. plebs ab Imperijs & armorum exercitio abſtrahenda eſt, ita è contrario nonnunquam expedit. Reipubl. plebem, eosque omnes qui præſenſentem Reipubl. ſtatum oderunt, in bellum mittere. Id quod maximi Imperatores ac Principes ſæpenumerò obſervarunt. Quod ſi bello opus non eſt, ibi tum alijs modis plebs fatiganda eſt, veluti Herodes ille, de quo Joſephus lib. 15. cap. 13. *eum caviſſe conjurationes ac turbas. quod otium abſtulerit plebi, eumque ſemper laboribus fatigaverit.* Idem Ariſtot. lib. 6. Polit. innuit. Hinc Livius lib. 6. *Timor*, inquit, *inde Patres inceſſit, ne ſi dimiſſus exercitus foret, rurſus cœtus occulti conjurationesq; fierent.* & lib. 3. *Nunc cernentes, ex otio illo brevi, multiplex bellum oriturum.* Ea enim eſt natura plebis, ut in periculo conſtituta citius & facilius officium ſuum faciat, quam ubi omnia feliciter eunt. Quo etiam nomine nonnunquam novos hoſtes quæſiverunt Romani vel inviti, ut videre eſt apud Livium lib. 3. *Secundæ* enim, inquit, *res extemplo urbanos motus excitaverunt.* Sed imprimis diſcernere hîc quoque operæ pretium eſt civium animos, eosque tanquam ſuſpectos notare, qui nimium popularitati ſtudent. hi enim facile plebis animos quoquo verſum torquent ac rapiunt; quod libertatis avidi, præſentem Rempubl. contemnunt, quos Ariſto. appellat ἀνλιτέχνες, ἢ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐμποδίες. Corn. Tacit: nunc *contumaces* vocat, nunc *feroces*, nunc *turbidos*, nunc

Vulgus occupatum tenere bello alijsque negotijs.

πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐμπόδιοι.

Turbidi.

CAP. XVII.

Violenti. nunc *violentos*, item *plus quam civilia agitantes*; Livius lib. 4. *elatos supra modum hominis privati*; Curtius, *Contumaciæ suspectos*, lib. 6. de Philota: *non quidem sceleris, sed contumaciæ suspectum*; Ammianus *recalcitrantes Majestati*; Calpurn: *Sceleratos. Sceleratis*, inquit, *ingenijs & plus quam civilia agitantibus, non dominari, instar servitutis est*; posteriores Impp. *impios & Majestatis hostes*. Hinc Tacit. de Druso: *displicere regnantibus civilia filiorum ingenia*; & de Agrippina, *eam popularibus studijs inhiare dominationi*, & de Aruntio, *eum plus quam civilia agitare, Pollionisq; Asinij patris ferociam retinere.* Qualis erat etiam Avidius ille Cassius, de quo Volcatius: *oderat tacitè principatum, nec ferre poterat Imperatorium nomen*: & de quo Verus apud eundem. *Omnia ei nostra displicent, opes non mediocres parat, litteras nostras ridet.* Contra vero magni facit Princeps eos, qui dominationi suæ & præsenti Imperio favent, &, ut cum Horatio loquar, *obsequio grassantur*. Hinc Tac. lib. 3. Ann. *Quibus claritudo sua obsequijs protegenda erat.* Hi enim præsentem Reipubl. statum amant. ideo Tacitus appellat *modestos, obsequiosos, servitio promtos*; Græci ἀρέσκες, Latini *bellos, placidos homines*, quasi dicas Placentinos. hodie sunt courtisani sive Hoffleutte; Aristot: βασιλευτὸν γένος ἀνθρώπων: quales erant Sabinus, Capito, Vitellius, alijve quos vulgus hodie appellat Aulicos Politicos. Ceterum hujuscemodi ingeniorum diversitas in plerisque magnis & vastis civitatibus repperitur, in quibus alij Aristocratici sunt, alij plebeij & populares, alij principum partibus favent, alij patriciorum, & factionibus student, ut de urbe quadam Joniæ testatur Aristotel. 5. Polit. cap. 3. & Plutarchus de Athenis, & de Parisijs Monstrolettus, & de Atrebatibus Cominæus: eamque rem naturæ locorum & intervallis asscribit Aristoteles.

Margin notes: Violenti. — Contumaciæ suspecti. — Scelerati. — Impij. — Populares. — Servitio prompti. — Ingeniorum diversitas in vastis Rebusp.

Arcana

CAP. XVIII.

Cap. XVIII.

Arcana regia contra Patricios. Ne quis ſententiam dicat ſuper comitijs. Ne comitia Magiſtratuum in quinqennium habeantur. Ut conſul quinquennio poſt in provinciam eat. Ne quis proprio ſumtu ludos edat. Ut Præfecti Prætorio ſint viri togati, viri Principales.

In Senatu Romano, ſub Tiberio, Aſinij Galli ſententia fuit, ut magiſtratuum comitia in quinquennium haberentur, & ut princeps duodecim candidatos in annos ſingulos nominaret. Ubi Tacit. 2. Annal. *Haud dubium*, inquit, *erat, eam ſententiam altius penetrare, & ARCANA IMPERII tentari.* Eſt hoc arcanum regium adverſus patricios. Primo, quod creatio magiſtratus ad Imperatorem pertinet. Deinde, quod prorogatio Imperiorum imminebat præſenti Reipubl. adeoque periculum erat, ne hac ratione Reſpubl. Romana in priorem ſtatum reduceretur.? Itaque poſtea addit. *Superbire homines annua deſignatione, quid ſi honorem per quinquennium agitent?* Item, *Vix per ſingulos annos offenſiones vitari, quamvis repulſam propinqua ſpes ſoletur, quantum odij fore ab his, qui ultra quinquennium proijciantur?* Tertiò facultas eripiebatur Principi gratificandi pluribus, cum tamen princeps, & cumprimis novus, nulla

Creatio Magiſtratus.

Diuturnitas Imperiorum.

CAP. XVIII. re magis opus habeat, quam favore ac benevolentia civium. Ac quanta sit potestas & autoritas ejus, qui in Republ. largiendi gratificandique civibus occasionem habet, videre est apud Aristot. lib. 2. Polit. c. 7. idq; Cassiodorus innuit. *Ideo*, inquit, *antiqnitas dignitatem provinciarum voluit annua successione reparari, ne diuturna potestate unus insolesceret, & multorum provectus gaudia reperirent.* quare Aristot. Laconicam Rempub. reprehendit, quippe in qua diu durabant magistratus, & cum maximo Imperio: quo nomine Augustus, ut plures partem administrandæ Reipubl. caperent, nova officia excogitavit. Eadem ratio est, quare, cum tribuni pl. peterent ut sibi liceret proprio sumtu ludos edere; Tiberius inhibuit, decretâ pecuniâ ex ærario: quod hac privata popularitate, ad priorem statum vergere poterat Respublica. Ceterum illud callidè iuxta ac prudenter idem Augustus; quod cum, stante Republica, consul Romanus provinciam sortitus, deposito consulatu, statim cum Imperio in provinciam ivisset: primus instituit, ut deposito honore, in urbe maneret quinquennium, antequam in provinciam abiret. Ita tam Consules, quam Prætores, in provincias ibant non promiscuè, sed secundum ordinem, quo eos magistratus in urbe gessissent; hoc nimirum consilio, ut superbiam illam animique ferociam, quam ex annuo illo & potenti magistratu conceperant atque imbiberant, intra quinquennium iterum deponerent, ac privato vitæ genere quasi depascerentur. Eadem etiam causa fuit, quod cum antea Præfecti Prætorio, [quorum officium maximum fuit, & teste Zosimo, *proximum post sceptrum*] ex hominibus militaribus legerentur; postea Juris scientià hunc locum sibi vendicavit. intutum enim videbatur, viris rei militaris peritis quamvis tenui origine natis, tantam potentiam tribuere. Quare Ulpiani, Papiniani, aliorumque JCtorum industria factum est, ut amplissimum hoc munus, togata potius quam bellica

Sortitio Provinciarum quinquennalis.

Præfecti præt:

Vt magna Imperia committantur potius togatis quam militarib: viris.

bellica arte administraretur. Unde & Pomponius Jurisconsultos appellat *Principales viros.* & Spartian: in Juliano; *nobilem nobiliorem fieri Jurisprudentia.* Ceterum sententia illa Asinij Galli, quamvis præsenti dominationi periculum intentare videbatur: Tiberius tamen, quasi augeretur potestas ejus, disseruit, & favorabili in speciem oratione vim imperij tenuit. hæc enim est natura arcanorum, & bellissima ratio obtinendi quod velis.

CAP. XIX.

Quare Tiberius Magistratus & Jurisdictiones Præsidum continuaverit. Duo hominum genera in regno. Quib. potissimum in regno magistratus demandandi sunt. Fideles, Liebe getreuwen/ guet Käyserisch.

CAP. XIX.

Dixi arcanum Imperij esse, ne prorogentur Imperia, cumprimis in principatu recenter occupato. Quare Cæsar, & Augustus, omnes magistratus annuos fecerunt. At enimvero Tiberio id morum fuit, inquit Tacit. 1. Annal. *continuare Imperia, ac plerosque ad finem vitæ in ijsdem exercitibus, aut jurisdictionibus, habere.* & lib. 4. Annal. *Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat: semelq́; assumti, tenebantur prorsus sine modo, cum plerią; ijsdem negotijs insenescerent.* Cujus rei causæ variæ recensentur, quæ meritò in disquisitionem veniunt. Dion testatur, Tiberium rogatum respondisse, hirudines multo sanguine hausto qui-

Tiberij consilia in continuandis Imperijs.

CAP. XIX. eſcere, recentium morſus eſſe acerrimos. Alij putarunt id factum à Tiberio tædio novæ curæ. Nam, ut ait Horatius:

Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,
An ſit amicitia dignus.

Hinc Alexander Sever. dixit, magnum virum eſſe oportere, qui velit creare ſenatorem. Quidam dicebant, ad majeſtatem imperatoriam pertinere, ut ea quæ ſemel placita erant, pro æternis ſervarentur. Nonnulli ex invidia fieri, ne plures fruerentur. Fuerunt qui exiſtimarent, ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium: neque enim eminentes virtutes ſectabatur, & rurſum vitia oderat; ex optimis periculum ſibi, â peſſimis dedecus publicum metuebat. Ab his enim reipublicæ periculum eſt: ab illis Principi. **Peſſimi in Repub.** Hi ſunt, quos Græci appellant ἀπεγνωσμένους, Ulpianus perſonas in turpitudinem notabiles, Cicero deſperatorum hominum flagitioſos greges. Ac tamen illi, ut ait Saluſtius, quam hi, regibus ſuſpectiores ſunt, ſemperque ijs aliena virtus formidoloſa eſt. Rationem reddit Tac. 4. Ann. *optimos quippe mortalium altiſſima cupere.* Hæc alij. Ceterum ut dixi, **Duplex hominum genus.** duplex erat Romæ hominum genus, quemadmodum etiam Athenis fuiſſe teſtatur Athenæus. Alij favebant dominationi Principum, quos Gunterus fideles appelat; hodie **Fideles.** Liebe getreuwen: Alij memores adhuc priſtinæ libertatis, antiquam Rempubl. reſtitutam cupiebant. Germani diſtinguunt per, gutt Käyſeriſch / & gutt Stettiſch. His imperia & Jurisdictiones non dedit Tiberius, nedum prorogavit; quin potius eorum vitam, conſilia, ſermones, publicè privatimque notavit; præſertim quorum erat ſpectata virtus: quales Aſinius, Aruntius, Haterius, Piſo, Scaurus. **Quib. imperia commendanda & proroganda ſunt.** Idque expreſsè Ariſt. 5. Polit. cap. ult. monet, ut Principes ejuſcemodi circa ſe habeant,

habeant, qui non tantum ipsius sint amici, verum etiam Imperij; quive nolint præsentem statum eversum. His ergo & dedit, & continuavit, præsertim mediocribus virtutibus præditis: quales erant Sabinus, Capito, & sub Claudio, Vitellius; in cujus statua fuit hæc inscriptio. *Pietatis immobilis erga principem*; adeoque Poppæo Sabino non tantum provinciam Mæsiam prorogavit, verum etiam alias addidit, Achajam & Macedoniam: quas alijs, quorum ingenia nondum noverat, vel suspecta habebat, & anxie, & cum periculo dedisset. Sic Jovianus, ut refert Marcellin. lib. 25. *ut sub initia se firmaret, Maliarcham, ex familiaribus negotijs, agentem etiam tum in Italia, Jovino jussit succedere armorum Magistro per Gallias; genuinâ utilitate præspeculatâ, ut & dux meriti celsioris, ideoque suspectus, abiret è medio, & homo inferioris spei, ad sublimiora provectus, autoris sui nutantem adhuc statum studio fundaret ingenti.* Quam ob causam Mecœnas Augusto suasit, ut ex equitibus tantum eligeret Præfectum Prætorio, ne quis generis nobilitate fretus, aliquid conaretur adversus principem ipsum. Ceterum Sabino prorogata fuit provincia, nullam ob eximiam artem, ut ait Tacit. 6. Annal: *sed, quod par negotijs, neque supra erat*: Tales enim verè aulici sunt; adeoque principibus grati. quippe apud quos, teste eodem, *industria ac vigilantia haud minus noxiæ sunt, quoties parando regno finguntur.* In quo laudat Tacitus socerum suum: *Nullis*, inquit, *in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur*, & alibi: *nihil compositum in ostentationem*: & Pisonem Velleius: *actu*, inquit, *otioso simillimus.* Reliquis enim, magnitudo illa famæ exitio est.

Cap. XX.

Character boni Aulici.

Cap. XX.

Extra Romam creari posse Principem. Peregrinum creari posse

Pontifi-

CAP. XX.

Pontificem. Roma sedes Imperij æterna, pignus Imperij, auspicatò condita, Terrarum Domina, Fortunæ sedes. Electio in Imperio. Electoris Palatini dignitas. Interregnum in Imperio.

Ne extra Romam creetur Princeps.

DE Ser. Galba in Hispanijs Imperatore creato, ita Tac: lib. 1. Histor. *Finis*, inquit, *Neronis, ut lætus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum, non modo in urbe apud patres, apud populum, apud urbanum militem, sed omnes legiones ducesque conciverat; evulgato IMPERII ARCANO, posse principem alibi, quam Romæ, fieri.* Hæc ille. Ceterum magnum hoc erat præjudicium adversus Romanam Rempubl: Roma enim non tantum dicebatur caput, & sedes Imperij orbis æterna, ut est in l. 3. C. de Coss: [Unde etiam urbs æterna appellabatur: item terrarum Domina ab Ammian: lib. 14. & ab Athenæo ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης; & Capitolium, sedes Jovis opt. max. atque pignus Imperij; item auspicatò inauguratòque à majoribus conditum] verum etiam in ea ipsa Roma, fortuna Imperij putabatur habitare: quo nomine fortunam inter Lares patrios colebant Principes, credo, quod Ser. Tullius à Fortuna ex servo in regem esset evectus. Quare merito in tam augusto loco principem orbis terrarum eligi oportebat. Quam etiam ob causam Consul Romanus auspicatò fieri non potuit extra Romam, vel in provincijs, ut testatur Livius libro 21. Verum ego puto illud factum, ad infringendam libertatem pop. Romani. Sicut enim in eo libertas posita

Roma caput & sedes Imperij æterna.

Terrarum Domina.

ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης.

Pignus Imperij.

Consul non potuit alibi, quam Romæ, fieri.

ſita erat populi Rom, quod non naſcebatur, ſed eligebatur princeps; quod ait Galba apud Tac. 1. Ann: *loco libertatis erit, quod eligi cœpimus*: ita in eo quædam ſervitus apparet, quod extra Romam creari potuit. Porro ſua in Pontificio Imperio arcanum videtur, peregrinum, & qui in Hiſpania erat, creari poſſe pontificem. Id quod ex Jovio colligo in vita Hadriani. *Creato, inquit, Pontifice Hadriano & in Hiſpania verſante, cum opifices, puerique, minacibus oculis, voceque & manibus obſtreperent Cardinalibus, nec à ſeditioſiſſimis probris abſtinerent; Sigiſmundus Gonzaga Cardinalis, renidenti vultu his egit gratias, quod adverſus extrema ſupplicia meritos contumelijs eſſent contenti, nec lapidibus publicam injuriam vindicarent*. Qua de re, apud eundem, hæc eſt Oratio ſeditioſorum. *Quaſi Romanæ civitati omnino erubeſcendum ſit, aut Chriſtiano orbi pœnitendum, quod Cœleſtinus comes, Honorius, Sabellus & Martinus Columna* (hi fuerant cives Romani) *ſacris præfuerint?* Ejuſdem fere generis eſt electio hodierna Imperatorum. Juris enim Imperij apex eſt, (verba ſunt Friſingenſis) non per ſanguinis propaginem deſcendere, ſed per Principum electionem reges creare, idque ſibi tanquam ex ſingulari vendicant prærogativa Imperij ordines. Item cognitio illa Electoris Palatini, in cauſis gravatorijs ut vocant, in Imperatorem, ex pragmatica ſanctione aureæ Bullæ. Sicut & illud, quod tempore interregni, Majeſtas Imperij ad Electores devolvitur: quemadmodum, mortuo Conrado Imp. Elector quidam apud Guntherum ait.

CAP. XXI. Ne peregrinus fiat Pontifex. Electio in Imperio. Electoris Palatini dignitas. Interregnum in Imperio.

In manibus noſtris regnum eſt: ea quippe poteſtas
Ad nos, more ſuo, ſemper viduata recurrit.

CAP. XXI.

Ut certus ſit ſucceſſor, & heres Imperij. Conſortes Imperij.

M Admi-

CAP. XXI.

Adminicula Augusti. Munimenta Imperij. Subsidia Aulæ. Subsidia Dominationis. Pacta gentilitia de mutua successione, ἀλληλοκληρονομία, Erbverbrüderung. Omnis mutatio Principum periculosa.

Certus heres.

Imperium sine herede in aliam Rempub. mutat.

PERMULTUM autem facit ad regnum conservandum, ut quovis tempore Imperij heres sit, & certus heres: imprimis hanc ob causam, quod principatus sive regnum, mortuo sine herede rege, facile in partes distrahitur, & in aliam Rempubl. mutat, ut testatus est Aristotel: & exempla sunt obvia in Alexandro, Philippo Maria, Joanna regina Neapolitana, alijsque. De Alexandro ita Justinus: *Alexander*, inquit, *rogatus, quem heredem faceret Imperij, respondit, dignissimum; qua voce veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ immisisset, ita omnes in æmulationem consurgunt, & ambitione vulgi tacitum favorem militum quærunt.* & Curtius lib. 10: *Sine certo*, inquit, *regis herede, sine herede regni, publicas vires ad se quemq; tracturum.* Summo hoc pro arcano regio adversus regni proceres. Ubi enim successor in incerto est, ibi facile ad pristinum statum relabitur Respubl: Olim Caroli Magni stirpe sublata, cum postremus Germanorum rex neminem adoptasset, regnum momentò devolutum est ad quinquaginta quatuor Imperij principes. Sic Longobardi, mortuo sine legitimo herede Cleophonio, in populi potestatem lapsi sunt: & in Polonia, postquam stirps Lechi defecisset, comitijs de constituenda Republ. habitis, regnum

duodecim

duodecim invaſerunt nobiles: & rurſum cum ſtirps Craci defeciſſet, ad eandem oligarchiam eâdem occaſione reverſi ſunt. Deinde, præſentia & certitudo heredis aliorum ſpes tollit: quod ait Tacitus lib. 3. Annal. *ſic cohiberi pravas aliorum ſpes rebatur:* & alibi: *plena Cæſarum domus, juvenis filius, nepotes adulti, moram cupitis Sejani adferebant:* Sed hac de re accuratius diſputo in Oratione de ſucceſſore Principis, & quædam vide in libro tertio: propterea quod hoc potius ad dominationis arcana referendum eſt. Non enim tantum reipublicæ præſentis ſalus in eo poſita eſt, verum etiam ipſius Principis. qua ratione Seneca heredes appellat *adminicula Auguſti:* Suetonius *ſubſidia aulæ* & conſortes Imperij: Plinius *ſubſidia dominationis.* Ideoque Auguſtus Germanicum aſſciri per adoptionem à Tiberio juſſit, *ut pluribus munimentis inſiſteret,* ut rectè legit Lipſius, non monumentis: quo fere modo Livius, tribuniciam poteſtatem vocat munimentum libertatis, & Curt. lib. 4. Tygrin: Araxen: & Hydaſpen vocat magna munimenta regni. Unde etiam nata ſunt pacta illa gentilitia de mutua ſucceſſione: Græci vocant ἀλληλοκληρονομίαν; nos Erbverbrüderung / Erbeinigung; ut hujus gente exſtincta, illius huic ſuccedat. quo nomine Coſmus Mediceus, poſtquam fundaſſet Epiſcopatum S. Stephani, lege cavit: ut ejus adminiſtratio penes gentem ſuam eſſet, qua deficiente ad eos devolveretur, qui uterentur titulo magni Ducis Hetruriæ. Quæ pacta, ut ut juri civili contraria ſint, graviſſimis tamen de cauſis in regno Galliæ & Germania uſurpantur, accedente Imperatoria confirmatione, & cum hac clauſula, dem heiligen Reich / vnd menniglichen an ſeinem Recht vnnachtheilig: de quo vide Gailium in obſervationibus. Ac tamen omnis mutatio Principum periculoſa eſt, ſive heres ſit præſto, ſive non ſit: id quod argutè Imp. Otto: *opportunos,* inquit, *eſſe*

Adminicula Auguſti. Subſidia Dominationis. Munimenta Imperij. Fœdera gentilitia mutuæ ſucceſſionis, Erbeinigung. Mutatio Principis periculoſa.

CAP. XXIII. *conatibus transitus rerum.* & alibi Tacit: *totius orbis mutatione fortunam Imperij transivisse:* item, *agendum audendumq; dum Galbæ autoritas fluxa, & Pisonis nondum concaluisset.* & seditiosus ille Percennius, ad milites Romanos, apud eundem 1. Annal: *Quando tandem,* inquit, *ausuri estis remedia petere, nisi novum adhuc & nutantem principem precibus vel armis adjeritis?*

CAP. XXII.

Jura Imperij absque aliorum arbitrio tractare. Ne principatus in partes secetur. συμβουλία, & bonorum consiliorum usus atque necessitas.

Ne quis jura Majestatis tractet præter principem.

VERUM fuit effatum Sallustij scriptoris illius florentissimi nepotis; *eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur:* idque identidem usurpo pro arcano quodam Imperij in regno, quod facile illa assidua relatione imperium dissolvitur, atque in aliam formam redigitur; id quod idem Sallustius dicebat *vim principatus resolvi cuncta ad Senatum vocando:* & Curt. lib. 10. *Quod imperium sub uno stare potuisset, dum à pluribus sustinetur, ruit.* Aliam rationem reddit Cornel. Nepos: *Non enim,* inquit, *potest respubl. bene geri multorum imperijs;* quod ut in militia locum habet, ita in omni magnarum rerum administratione, teste Livio, saluberrimum est. Ac tamen illa Liviana lib. 3. huc referri non possunt. In exercitu Romano, cum duo Consules fuissent potestate pari, summam Imperij, concedente Agrippa, penes collegam fuisse, & prælatum illum, facilitati summittentis se comiter respondisse, communi-

εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.

municando consilia laudesque, & æquando imparem sibi. Principatus enim consortem non patitur: & ut pulcrè Seneca: *Nec regna socium ferre, nec tedæ sciunt.* Quo nomine Nero rectè fœminam, quamvis matrem, à negotijs publicis arcuit. Et merito Principem, omnia illa quæ ad majestatem regni pertinent, solum agere atque administrare, vel saltem moderari oportet, neque facile pati, ut alius principalem locum occupet: qualis fuit error illius Bibuli, qui cum actiones J. Cæsaris impedire vellet, majore parte anni domi se tenuit, quo facto, dum augere voluit invidiam collegæ, auxit potentiam. Est tamen boni principis, viros prudentes in consilium vocare. Quod monet Micipsa apud Sall. *Non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt, sed amici,* & Theodos. & Valent. impp. præclare in l. 8. C. de LL. *Bene cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri Imperij, & ad nostram gloriam redundare.* idq; ait Plinius lib. 3. Epistol.: *sunt quidem cuncta sub unius arbitrio, qui pro utilitate communi solus omnium curas laboresque suscepit: quidam tamen salubri quodam temperamento, ad nos quoque, velut rivi ex illo benignissimo fonte decurrunt, quos & haurire ipsi, & absentib. amicis quasi administrare possumus.* Sed & illud cavendum est, ne principatus facilè distrahantur; sed ut penes unum sit omnis vis Imperij, omnia regalia, omniaque feuda & publici reditus: alioquin ex illa partitione, & imperium, & ipsi subditi detrimentum capiunt. Rationem reddit Scaffneburgensis. *Ne,* inquit, *in plures divisa provinciæ, claritas illius familiæ, per inopiam rei familiaris, obsoleret.* cujus rei exempla nimis multa sunt in regno Galliæ, Poloniæ, alijsque. Laudabiliter profecto majores nostri, ut refert Tacit. de mor. German. omnia prædia, juraque prædiatoria uni deferebant, reliquis cum pecuniola abire jussis; id quod adhuc obtinet in regno Galliæ secundum legem Salicam, & in

Cap. XXII.

Boni Consiliarij.

Divisio principatuum perniciosissima.

CAP. XXIII.

alijs illuſtribus Germaniæ familijs; quod & Ariſtoteles alicubi innuit, ac probat. Quo magis vellem, eſſe qui Ariſtotelis Politicam cum alijs ſcriptoribus & Hiſtoricis, etiam cum Jure civili conferat, examinet, addat, illuſtret. Amplus eſſet campus induſtriæ, ingenijque exercendi, & quem ego decurrere conſtitui, ſed valde lento gradu: adeo impoſterum non tantum delicatis illis JCtorum ſcriptis omnem operam addixi; verum etiam horridulis illis Bartulorum Baldorumq; dumetis.

CAP. XXIII.

Cenſus Senatorum juvare. nimias divitias, nimiamque inopiam in viro magno notare. novos & peregrinos non nimis attollere. Moderata gubernatio.

ANTE omnia autem in principatu, præſertim novo, omni ope nitendum eſt, ut amoveantur illa, quæ Rempublicam ad priſtinum ſtatum reducere videntur: quorum illud præcipuum eſt, cavere ne viri atque ſenatores magni inopia premantur: quod ut eſt acerbiſſimum, ita in memoriam revocat viris magnis priſtinam Rempubl, ad eamque recuperandam animos eorum ſollicitat, ac veluti accendit; quod laudat Tacitus in Tiberio ceteroquin avariſſimo principe, eum *cenſus Senatorum juviſſe*: & 13. Annal: *Nerone*, inquit, *tertium conſule, ſimul inijt conſulatum Valerius Meſſalla, cujus proavum Oratorem Corvinum divo Auguſto abavo*

Pauperes ſenatores locupletare.

Neronis

Neronis collegam in eo magistratu fuisse, pauci jam senum meminerant: sed nobili familia honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sestertijs, quibus Messalla paupertatem innoxiam sustentaret. Aurelio quoque Cottæ, & Auterio Antonino annuam pecuniam statuit Princeps, quamvis per luxum avitas opes dissipassent. Quo imprudentius mihi Claudius fecisse videtur, qui pauperes senatores ordine movit, quo nihil acerbius viro egregio, Reipublicæ verò nihil periculosius accidere potest. Idque fatetur Aristot. 5. Politic. *difficile est*, inquit, *pauperes qui divites fuerunt, aut nati sunt è divitibus, res novas non moliri.* Et Cicero in epist. quadam. *Itaque me nunc scito tantum habere æris alieni, ut cupiam conjurare, si quisquam recipiat.* & Tacit. de Ottone: *Inopia vix privato toleranda:* & de Sylla: *Sylla inops, unde præcipua audacia.* Quemadmodum etiam nimiæ divitiæ principibus merito suspectæ sunt, ut de Aruntio notat prudens scriptor, quem Tiberius *ut divitem suspectabat*, & 11. Annal. *caveri vim atque opes principibus infensas:* & de Cassio Verus ille apud Volcat: *opes non mediocres parat.* Omnium verò imprudentissimè faciunt, qui homines novos, vel ex plebe natos, nimis attollunt, & dignitatibus ornant, ceteris viris magnis & incolis à tergo relictis. Veluti Rixa illa regina Poloniæ, quæ, cum externos eveheret, neglectis Polonis, magnis seditionibus occasionem dedit: quæ etiam præter alias, causa fuisse dicitur interitus Henrici III. Galliarum regis. deque eo rectè exceperunt principes Germaniæ in electione Caroli V. Regis Hispaniarum. Ceterum non est præstantior aut securior ratio conservandæ præsentis Reipubl: quam moderata gubernatio: quod divinè Horatius:

Vim temperatam dij quoque provehunt
In majus:

& eleganti similitudine expressit vetus Poeta Titinius

Sapientiâ gubernator navim torquet, non valentia:
Cocus magnũ ahenum, quãdo fervet, paullâ confutat trua.

Id quod

Cap. XXIII.

Viri magni nimia inopia, & nimiis divitiæ.

Ne peregrini præponantur incolis.

Moderata gubernatio.

CAP. XXIII. Id quod ego pro fundamento regni imprimis novi capio, ex consilio sapientissimi Augusti, qui in initio principatus, teste Sueton. *omnimodo nixus est, ne quem novi status pœniteret.* Sed hæc sunt fere imperiorum arcana, quæ id cavent, ne respubl. mutentur, vel in aliam formam fluant: quorum pleraque sunt simulatoria, ficta, καὶ εἰρωνικά; ut ecce, Tiberius census Senatorum juvit, non adductus amore erga ipsos, neque impulsus studio liberalitatis, sed ut viris magno animo præditis occasionem adimeret, aliquid moliendi adversus se & præsentem Rempubl: itaque aliud simulavit, aliud egit. Eodem modo se habent reliqua fere omnia: quæ qui vellet, sine negotio illustrare posset, multa etiam alia addere, & instar phrygionis attexere. Verum mihi hoc in opusculo decretum est studere brevitati, & viam mihi alijsque facere, ad hanc tam nobilem, tamque necessariam doctrinam magis magisq; investigandam atque discutiendam.

FINIS LIBRI SECUNDI.

ARNOL-

ARNOLDI CLAPMARII
DE
ARCANIS
RERUMPUBLICARUM
LIBER TERTIUS.

CAP. I.

ARCANA Dominationis qualia sint. Quomodo differant tum ab arcanis Imperij, tum à Jure Imperij. Quotuplica sint hæc Dominationis Arcana.

UT respublica salva sit atque incolumis, non satis est præsentem Reipublicæ statum integrum & salvum esse, nisi etiam eorum qui imperant & Reipubl. præsunt, habeatur ratio. De illis, quæ dicuntur Rerumpubl. arcana & proprie arcana Imperij atque σοφίσματα, quæve præsentem Reipubl. formam conservant, hæc fere dicta sunto. Sequuntur nunc Rerump. arcana, quæ appellantur ARCANA DOMINATIONIS, quæve à prioribus differunt; tum quod illa sunt Reipubl. veluti præsidia, *CAP. I.* *Arcana Dominationis differunt ab Arcanis Imperij.*

N hæc

CAP. I.

hæc vero illorum qui rerum potiuntur propugnacula atque munimenta; tum etiam quod illorum pleraque simulatoria sunt, horum verò pauca quædam. quod discrimen luculentissimum est, & alij in Tacito eruditè observârunt; idque Aristot. ait lib. 5. Polit. c. 10. *Insurgi quandoque in corpus dominantis, quandoque in ipsam dominationem.* Illud est, μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Sunt enim Arcana dominationis intima occulta atque recondita consilia, sive rationes, non tantum pristini status conservandi, verum etiam & imprimis, eorum, qui in Republ. principatum obtinent, sive sit unus, sive plures, securitatis causæ introductæ, & quidem contra eos, qui imperium student extorquere Principibus, ni prohibeantur. Quod ait Attius, *Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni.* Adversum quos merito Imperatores, & quivis in Republica civitatum principes, excogitarunr arcana quædam consilia cùm sui tegendi causa, tum etiam plebis fascinandæ gratia: quod ait Seneca, *Multi fallere docnerunt, dum timent falli.* Ac sunt

Affinitas Arcanorum Imperij, & Dominationis.

tamen Arcana hæc dominationis, & Arcana imperij, confinia valde atque conjuncta. Fieri enim non potest, ut Respubl. sit salva, non salvo principe aut Reipubl. proceribus, & contra. Ideò præclarè Imperator ille, non salva Republ. se salvum esse negabat, jurabatque se ab amplexu ejus, nisi cum morte, discessurum. Ubi vero Princeps laborat, qui caput est Reipubl. ibi omnia membra languescere ac confici oportet. Utraque hæc arcana intelligit Jovius quoque cum ait ult. Histor: *Franciscus moriens Henrico filio arcana tuendo regno ccmmunicavit, & quibus maximè artibus subjectarum gentium studium promereretur.* Porro totidem facio arcana dominationis, quod sunt arcana Imperij. Vel enim sunt arcana dominationis regiæ, vel arcana dominationis aristocraticæ, vel arcana dominationis popularis: hæc faciunt, ut plebeij sint salvi; illa ut patricij securi sint ab insidijs

Arcana Dominationis triplicia.

aliorum:

aliorum: iſta ut rex ſive princeps ſalvus ſit atque inviolabilis. Ex quibus omnibus apparet, parum harum rerum intelligentes eſſe illos, qui hæc arcana dominationis cum ijs, quæ appellantur jura imperij, confundunt, quippe à quibus multis modis differunt. Primo enim jura imperij, ut antea dictum eſt, ſunt unum & idem, neque variant pro Rerumpubl. varietate. At vero dominationis arcana alia ſunt in regno, alia in Ariſtocratia, alia in Democratia, alia in alijs Rebuspubl: Deinde arcana dominationis alijs remitti poſſunt, jura vero Imperij minimè. Denique jura imperij ſunt in conſpicuo, & ab omnibus ſciri atque intelligi fas eſt; at verò arcana dominationis ſunt occulta atque abſcondita conſilia, & quibus convenit illud poetæ: *hinc fida ſilentia ſacris.* Quarto, jura Imperij ſunt auguſta & majeſtatis plena, unde etiam appellantur jura majeſtatis; at arcana dominationis ſunt multo humiliora, contra quæ qui committit, non tam apertè majeſtatem lædit aut imminuit, quàm lente & clanculum ad imperium repit: hic dicitur ferox, contumax, civilis; ille reus majeſtatis, perduellis, ut in veteri illo carmine C. Martij apud Livium, quod ſuo nitori reſtituit eruditiſſimus Scaliger:

Differentiæ Arcanorum Imperij, & Iuris Imperij.

Perduellis.

Romulidæ, ſi perduelles expellere vultis,
Et vomicam, quæ gentium longe alienigenarum.
Venit.

Poſtremo arcana dominationis, ſicut & arcana imperij, ſunt veluti propugnacula juris imperij, non ipſum jus imperij: quæ omnia ex utriusq; exemplis eorumque invicem collatione clariora fiunt.

CAP. II.

Dominatio, Herrſchafft. Legitima ac juſta Tyrannis. Tyran-

CAP. II.

nica Dominatio. Libertas. Modus libertatis. Diffluens licentia. Dominationis vocabula. Dominantia nomina. Imperator, Rex, Dominus, Cæsar, Κύριος τῆς δυνάμεως. Regalis sensus, instrumenta regni.

Signoria.

Dominatio.

Iusta Tyrannis.

Tyrannica dominatio.

HANC, de dominationis arcanis, doctrinam antequam aggrediamur, ante omnia constare debet, quid sit dominatio. quam Græci appellant κυρίαν ἀρχήν. Itali signorian, Germani Herrschafft/ Galli altesse. quod dominationis vocabulum severioris notæ homines difficulter concoquunt. Est autem summa illa vis imperandi, proprieque competit ijs, qui noviter, vi & jure belli, sive, ut Pomponius loquitur, manu regia imperium occupant vel tenent; quo tempore pauca admodum vi tractantur, ut Tacitus de initio principatus Augusti, quo ceteris quies sit. Est enim conjuncta cum violentia quadam & superbia, atque à tyrannide prope abest, ac meo periculo legitimam ac justam appelles tyrannidem. unde in veteri glossario: *dominatur*, δεσπότευει, τυραννεῖ; & Virgil. 6. Æneid. *Unde genus longa nostrum dominabitur Alba*: & in sacra sapientia interpretes retinuerunt. *quando dominantur justi, lætatur populus, & cum dominantur impij, gemuit populus.* Tyrannidi tamen, quam Appulejus vocat *tyrannicam dominationem*, opponitur. De qua accipio illud Sallustij: *post, ubi regium imperium. quod initio conservandæ libertatis atque augendæ reipubl. fuerat, in superbiam dominationemq; convertit*: & illud Curtij lib. 6. *illi pro libertate, hi pro dominatio-*

ne

re pugnabant. Quæ causa est, propter quam sapientissimi Principes Romani, Domini vocabulum fastidiverunt; quippe quod herile & violentum imperium præ se ferebat, veluti de Augusto & Tiberio Suetonius, de Trajano Plinius, & Jovius de Juliano Medice testantur. Hinc illud Poetæ: *Tu domini nomen, principis ille tenet.* quod etiam ex illo versu Martialis liquet. CAP. II. Dominus.

E servo scis te genitum, blandeque fateris,
Cum Dominum appellas, Sosibiane, patrem.

Ac tamen dominatio, sive principatus, civibus libertatem minimè adimit: quod olim de Nerva scitum fuit, eum conjunxisse principatum & libertatem: Atque est hæc libertas, medium aliquod inter abruptam servitutem, qualis est sub tyrannis, & inter dissolutam licentiam, sive corruptam libertatem. Pulcre Tacitus 4. Historiarum vocat *modum libertatis: quomodo pessimis principibus sine modo dominationem*, (intellige tyrannidem) *ita quamvis optimis, modum libertatis placere*: de qua Gunter. lib. 5. Servitus. Libertas, sive modus libertatis. Soluta licentia.

Qua tibi libertas poterit contingere major,
Quam regi servire tuo? & lib. 8.
Libertas maxima nobis,
Tam placido parere viro.

Quod identidem Cicero intelligit. *Nihil*, inquit, *a me asperum fit, nec tamen quicquam populare ac dissolutum*. Nimia enim libertas, libertas non est, sed soluta quædam ac diffluens licentia: qualis erat apud Parthos olim teste Tac. 2. Annal: *Incerti nimirum solutiq;, & magis sine domino, quam in libertate*: & de Aboriginibus Sallust: *genus hominum agreste, sine legibus, sine Imperio, liberum atque solutum*. quam libertatem Livius lib. 5. graviter perstringit: *quoniam ea demum libertas Romæ est; non Senatus, non magistratus, non leges, non mores majorum, non instituta patrum, non disciplinam vereri militiæ*. Est igitur Dominatio nihil aliud, quam legitimum imperi-

CAP. III. perium, sed paulo violentius: quo tamen opus est, in republica præsertim noviter occupata, vel plena seditiosissimis ac ferocissimis civibus, quam qui regia via gubernare volet, is præpostere faciet, & serpentem, quod dicitur, in sinu alet. Sive ergo appelles arcana dominationis, sive arcana principatuum, sive alio modo, perinde est. Illa enim *Dominationis vocabula*, ut Tacit: vocat, sive ut Horat: *dominantia nomina*, ut sunt Imperator, Dominus, Cæsar, Rex, Princeps, Κύριος τῆς δυνάμεως, & quæ sunt plura, mihi unum & idem fuisse videntur; nisi quod glaucoma obducta fuit populo: quod aperte ac vere de Vitellio Tacitus. *Præmisit*, inquit, *in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet, cum de potestate nihil detraheret.* Neque est quod contradicat Plinius, cum etiam illa dominationis vocabula promiscue à scriptoribus usurpentur. Hinc Justinia: *regalis sensus*, & Tacitus: *instrumenta regni:* & 14. Annal: *de quo opinio est, tanquam mutationem regis portendat.* Apud eundem Tac: Vespasianus appellatur *rerum Dominus*; & Sueton: in Galba: *oriturum quandoq; ex Hispania principem, dominumq; rerum.*

Dominationis vocabula.

Dominantia nomina.

Regalis sensus.

Instrumenta regni.

Rerum Dominus.

CAP. III.

Arcana regiæ Dominationis. Ne Senatoribus aut Equitibus illustribus liceat intrare Ægyptum. Ægyptus claustrum terræ ac maris. Ægyptiorum artificia & manupretia formidolosa Principib. Rom.

HINC

CAP. III.

HINC igitur nata sunt arcana dominationis. Ac primum quidem arcana dominationis regiæ sunt, occultæ quædam rationes ad securitatem regis vel principis pertinentes, adversus illos qui imperijs inhiant, non tam regni quam regis odio, ut de Cassio olim tritum fuit. quibus imprimis opus est in regno, propterea quod regum majestas, ut vere Livius lib. 37. *difficilius à summo fastigio ad medium detrahitur, quam à medijs ad ima præcipitatur.* cui periculo prævenit Augustus lata lege; ne cui ex Senatoribus liceret intrare Alexandriam. Ita enim Tacitus lib. 2. Annal: *Augustus, inter alia DOMINATIONIS ARCANA vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus aut equitibus Romanis illustribus, seposuit Ægyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terræ ac maris, quamvis levi præsidio, adversus ingentes exercitus insedisset.* Hæc Tacit: Quam etiam causam opinor esse, quod Gallienus, volens Theodoto imperium proconsulare in Ægypto decernere, prohibitus est cum hoc dicto; *fasces consulares ingredi Alexandriam non oportere.* Repperio etiam aliam causam; ne si quis Romanus perturbidam & natura seditiosam intraret provinciam, quo eum natura ducebat, societate quoque gentis duceretur. Quare Tiberius Germanicum, cum Ægyptum profectus esset, vel cognoscendæ antiquitatis vel cura provinciæ, acerrimè increpuit, quod contra instituta Augusti, non sponte Principis, Alexandriam introivisset, deque eo gravissimè in Senatu questus est. Quæ res Germanico causa mortis fuisse creditur, Suet. in Tiber: Nimirum in eo sibi caverat Augustus, quod noluit senatorem eò ire, unde dominationi suæ periculum creari posset. Quo consilio Vespasianus invasurus Imperium Romanum, alias alijs provincias demandavit, ipse vero claustra Ægypti obtinuit, Tacit. 3. Histor: Et hoc nomine anteà J. Cæsar victor regnum Ægypti Cleopatræ fatrique ejus minori permisit,

Arcana Dominationis regiæ.

Intrare Alexandriam claustrum terræ ac maris.

Ægyptij feroces & seditiosi.

CAP. III. permisit, veritus provinciam facere, ne quandoque, violentiorem præsidem nacta, novarum rerum materia esset. Quo pertinet etiam illud Tac. 3. Hist. *adjiciebat*, inquit, *imperio consilium; quando Ægyptus claustra annonæ, vectigalia opulentissimarum provinciarum obtinerentur, posse Vitellij exercitum egestate stipendij frumentiq; ad deditionem subigi.* Hinc Diocletianus, teste Suida, suspectos habuit imprimis Ægyptios, eosque varijs modis punivit, propter nimia artificia, quæ callebant; adeoque veterum scripta, de fusione argenti & auri, conquisita conbussit; pessimo quidem exemplo, sed tamen hoc consilio, ne exinde ditati Ægyptij facile rebellarent. Eandem ob rationem, Ægyptijs alienæ civitatis civibus esse non licuit, ut testatur Josephus adversus Appianum.

Claustrum annonæ.

Ægyptiorum artificia.

CAP. IV.

Ne Senatori liceat pro arbitrio peregrinari, vel extra Romam ire, & ad exercitum. Libera legatio. Ne milites domos senatorias adeant: ne Legatus Pontificis in Germaniam veniat: ne quis Romam proficiscatur. Ne quis cursiones publicas instituat.

ADEO autem consuluerunt dominationi suæ Principes Romani, ut ne peregrè quidem abire senatori, aut illustri viro, licitum fuerit, injussu permissuvè Principis; multo minus ad exercitus commeare: quod hæc occasio facillima videbatur aucu-

Ne viri illustres injussu Principis peregrinentur, neve ad exercitus eant.

aucupandi militum ſtudia. De Cæſare Suet. *Sanxit*, inquit, *ne quis civis major annis viginti plus triennio continuo Italia abeſſet: neu quis Senatoris filius, niſi contubernalis aut comes Magiſtratus, peregrè proficiſceretur.* De Auguſto expreſſius Dion lib. 52. προσαπεῖπε πᾶσι τοῖς βουλεύουσι, μή ἐκδημεῖν ἔξω τῆς ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός τινι κελεύσῃ: *Edixit omnibus Senatoribus, ne quis eorum peregrinaretur extra Italiam, injuſſu ſuo:* imo non tantum extra Italiam, verum etiam ne extra Romam quidem, teſte Suida. Eſt hoc arcanum dominationis regiæ proprium, plurimumque facit ad ſecuritatem Principum, eorum imprimis qui recenter imperium invaſerunt, neque dum radices egerunt. Tales enim, facillimo concuſſu, ê regno eijci atque exturbari poſſunt. Ceterum libera Republ. Senatori licuit etiam privatæ rei causâ peregrinari; tantum unâ petebat liberam legationem, quo majori iret & abeſſet cum dignitate. Quæ ratio fuit legis 15. C. de Dignitat. Clariſſimis & ſpectabilibus licebat ſine commeatu diſcedere, illuſtribus non licebat, quod horum potentia major erat, adeoque Principi perieuloſior receſſus. Quam ob cauſam Claudius, commeatus à Senatu peti ſolitos, ſui beneficij fecit, Sueton in Claud: Et dicebatur libero commeatu ire, qui, ubi vellet, morandi arbitrium impetraverat. l. filij eorum § 6. D. Ad municip: Cæterum hoc jus ſingulariter indultum fuit ſenatoribus Siciliæ & Galliæ Narbonenſis, ut eſt apud Dion: lib. 52. & Tac. 12. Annal. Eadem cauſa fuit SCti Claudiani, ne milites domos ſenatorias adirent ſalutandi cauſa. Unde etiam Fridericus Ænobarbus vetuit legatum Pontificis in Germaniam venire, niſi vocatum. Quin etiam prohibuit eos, qui ad Romanum tribunal provocaverant, Romam proficiſci, ut eſt apud Nauclerum: Et Gunth. lib. 6.

Cap. IV.

Libera legatio, Liber commeatus.

Ne milites domos ſenatorias adeant.

Ne quis à Pontifice in Germaniam veniat.

Vetitosq; ultra procedere juſſus,
Turpiter ac trepidos ad limina ſacra remiſit,

Itinera obſidere.

O Neve

CAP. V.

Neve quis ad nostram, toto de corpore regni,
Audeat ulla sui deferre negotia sedem,
Observare aditus, augustaq; claustra viarum
Dicitur, & medium, positis custodibus, Alpem.

Idem fecit Alexander occiso Philota. de quo Curtius lib. 6. *Jam ad omnes aditus dispositi equites, itinera quoq; obsidere jussi, ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediæ magnisq; copijs præerat, evaderet.* quo nomine identidem cursiones publicas prohiberi oportet. tot. tit. C. de cursu: publ: omnesque occasiones mittendi nuncios aut litteras: qualis fuit illa de qua Cæsar lib. 7. de bell. Gall. *Ubi major atque illustrior res incidit, clamore per agros regionesq; significant, hunc excipiunt alij, et proximis tradunt, ut tunc accidit. Nam quæ Genabi oriente sole erant gesta, ante primam confectam vigiliam, in finibus Arvernorum audita, quod spacium est millium passuum circiter CLX.* De quibus vide etiam supra.

Ne quis publicas postas instituat.

CAP. V.

Ne quis ad senatum vel exercitum scribat præter Principem. Ne quis principis manum imitetur. Ne acta publica evulgentur, neve penes alium sint, quam Principem. Ne quis habeat nobiles ab epistolis, libellis, aut rationibus. Nomina summæ curæ & meditamenti. Acta, gesta,

ὑπομνή-

ὑπομνήματα, δημόσια γράμματα. registra publica, secretæ cartæ. CAP. V.

EODEM consilio cautum fuit, ne quis ad senatum neve ad exercitum scriberet, præter Principem. Tacit. lib. 3. Histor: *Miserat*, inquit, *Mutianus epistolas, quæ materiam sermonibus præbuere, si privatus esset, cur publicè loqueretur, potuisse eadem paucos post dies loco sententiæ dici.* Est hoc arcanum dominationis regiæ. In eo enim sibi volebant consultum Imperatores Romani, ne quis per publicas litteras apud senatum res novas moliri posset adversus se. Publicè enim scribere est solius Principis, non alicujus privati, quod Tacit: ait: *si privatus esset, cur publicè loqueretur.* & 2. Histor. *Recitatæ Fabij Valentis Epistolæ ad Consules scriptæ haud immoderatæ: gratior Cæcinæ modestia fuit, quod non scripsisset.* Ideò Gordianus gerens se pro Imperatore, publicè ad senatum populumque Rom. scripsit. Herodia: in Maximi: Deinde, ad exercitum etiam scribere nefas fuit: quare Tacitus hoc refert inter signa accepti Imperij: *litteras*, inquit, *ad exercitus, tanquam accepto principatu misit.* Pari ratione nemini licuit Principis manum aut picturam imitari atque mutuari; de quo aliâs cautum fuit in l. 23. D. de l. Cornel. de fals: & severissimê olim, non tantum Imperatores, verum etiam ipsi Pontifices vindicarunt. Unde Poeta 2. de Ponto.

Ne quis publicè scribat senatui, vel militibus.

Ne quis Principis scripturam imitetur.

Nec mea fallaci convicta est gemma sigillo
Mendaces lignis imposuisse notas.

Quippe est hoc non tantum improbum, verum etiam periculosum ipsi Principi, quod is, qui eadem quâ Princeps utitur scripturâ aut littera, Principem apud subditos miris modis suspectum atque invisum facere potest; sibi verò aditum patefacere ad Imperium. Quod ipse Titus Imp. cum omnia chirographa posset imitari, pro-

CAP. V.

fessus est, sæpe se maximum falsarium esse potuisse. Tranquil. in Tito. Quo consilio Augustus nihil æquè laborasse dicitur, quam ut ij, quos heredes imperij destinaverat, imitarentur chirographum suum, ut refert idem Tranquill: in Aug: Quam fraudem frausi sunt legati Manuelis Græc: Imperatoris: de quo Gunth. lib 5.

Gentilibus usi
Fraudibus, impressas falso sub imagine regis
Mendaces cartas sibi confecere sigillo.

Acta Senatus ne emanent.

Similis relligio fuit circa acta publica, ne evulgarentur, Intelligo acta publica senatus: de quibus Sueton. in Augus. c. 36. *Auctor etiam aliarum rerum senatui fuit, in queis, ne acta senatus publicarentur.* Nam acta populi, quæ alias diurna acta, emanabant: de quibus Juven: *Fient ista palam, cupient & in acta referri.* In actis senatus continebantur acta sive monumenta publica de Asylis, de Dijs receptis in Rempubl: de fœderibus initis, de legationib. missis & receptis: imò omnia illa, quæ in senatu de quavis re dicebantur agebanturve; de quibus Tac: *Magna*, inquit, *ejus diei species fuit, quo senatus majorum beneficia, sociorum pacta, & qui ante vim Romanam valuerunt decreta, ipsorumq; numinum relligionem introspexit.* Quæ quidem stante Republ. in tabulario conservabantur, teste Livio. lib. 43. Postea apud neminem esse licebat, quam apud principem vel ejus præfectum. Unde Tac: 13. Ann. *Princeps curam tabularum publicarum à quæstorib. ad præfectos transtulit:* hinc actuarios habere, loco criminis fuit; idque ego pro arcano dominationis usurpo. Tacit. lib. 15. Annal. de accusatione Junij Torquati: *jussi*, inquit, *accusatores objicere, eum nobiles habere, quos ab epistolis, & libellis, & rationibus appellet; nomina summæ curæ & meditamenti &c* Quid enim aliud sunt nomina hæc summæ curæ, quam actuarij & censuales publici. Eadem fere Sueton. de Pomposiano refert, cum interfectum fuisse à Domitiano, *quod habere*

Acta publica qualia fuerint, & de quibus rebus.

Ne acta publica penes alium sint quam principem, & in arcivo.

Ne quis habeat Actuarios vel censuales publicos, & nobiles ab epistolis.

habere Imperatoriam genesin vulgo ferebatur, & depictum orbem terræ in membranas, concionesque regum ac ducum ex Tito Livio circumferret; quodve servis nomina Magonis & Annibalis indidisset. Ceterum variè hæc acta appellari repperio. In jure civili κατ' ἐξοχὴν *Acta*; ut in l. 45. D. De re judic. In veteri glossario *Gesta*; sicut & in l. 31. C. de Donat: l. 10. D. de probat. *monumenta publica.* Similiter Livius nunc *publica monumenta*; nunc *commentarios publicos*; nunc *tabulas publicas*; Polyb. ὑπομνήματα; Tacit: *acta patrum*; Ammian: *volumina publica*; Dion δεμόσια γράμματα. Vopisc: *registra publica*, *instrumenta publica.* In respons. Oriental. οἱ Ἰών ὑφ' ἡμᾶς σηκρέτων χάρτιοι, *secretæ cartæ.* Quorum actorum qui curant habebant, apud Athenienses dicebantur νομοφύλακες: postea Quæstores. Chartophylacij, hodie Cancellarij, sive Curiæ & Archivi præfecti. Quarum rerum tamen cura hoc tempore negligitur cum summo Reip. detrimento: de quo olim etiam Cicero conquestus est contra Rullum, & Plutarch. in Catone Uticen. Quo magis laudo SCtm illud apud Capitol: Ut non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent: senatores exciperent, senatores omnia officia censualium scribarumq; complerent, ne quid forte proderetur.

CAP. VI. Acta. Gesta. Monumenta publica. Tabulæ publicæ. Instrumenta publica. Secretæ cartæ. νομοφύλακες. Cancellarij.

CAP. VI.

Ne quis Prætorianorum, aut exercitus studia largitionib⁹ ambiat. Ne cuiquã, præter Principem, alloqui liceat prætorianos milites. Ne quis præmia militibus det, excepto Prin-

CAP. VI.

cipe; multo minus stipendia augeat. Prætoriæ cohortes. Janitschari.

Vis prætorianorum militum.

MAGNA vis atque autoritas fuit prætorianorum militum in Republ. Romana; & longe, meo judicio, major, quam hodie Turcicorum Janitzarorum: nec tantum prætorianorum, verum etiam reliquorum militum. Ideo seditiosi illi apud Tac: *sua in manu sitam rem Romanam, suis victorijs augeri Rempubl, in suum cognomentum asciscі Imperatores.* Certe horum ope multi imperium occuparunt. Ita enim de Augusto Tacit: *Ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit, insurgere paulatim:* & de eodem Aurel: *inlectis per dona militibus &c.* Quare meritò Principes facti notarunt eos, imo odio prosecuti sunt, qui favore militum pollebant, quo freti facillime res novas moliri poterant. Aurelius in Octav: *Avunculum quoque vehementer arguebat, qui milites commilitones novo blandoque more appellans, dum affectat charior fieri, autoritatem Principis emolliverat.* Quo nomine Piso, teste Tac. 3. Annal. accusatus est, quod studia militum per ambitionem quæsivisset: item quod vulgus militum, per licentiam & sociorum injurias, eousque corrupisset, ut parens legionum appellaretur. Quo ægrius tulit Tiberius de Junio Gallione qui censuerat, ut prætoriani, auctis stipendijs, jus adipiscerentur in quatuordecim ordinibus sedendi; adeoque ipsum vehementer per litteras increpuit: *quid illi cum militibus, quos neque dicta Imperatoris, neque præmia, nisi ab Imperatore, accipere par esset?* Primum ait, *dicta:* Erat quippe arcanum dominationis, ne quis prætorianos alloqueretur, præter principem. Julianus certe id noluit teste Ammia: Marcellino, *ne videretur id affectasse,*

Janitschari.

Ne quis militum studia ambiat.

Ne quis alius, quam Princeps, stipendia militibus decernat.

Ne quis prætorianos alloquatur.

quod sibi soli deberi Augustus existimabat. Sic Herodian: in Com: ἐν ὅσαις περὶ τὴν κηδείαν τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἀπησχόλουν, ἔδοξε τοῖς φίλοις προσαγαγεῖν τὸ μειράκιον εἰς τὸ στρατόπεδον· ὡς διαλεχθείη τε τοῖς στρατιώταις, καὶ χρήματα δωρησάμενον, (ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλείαν διαλεχομένοις) μεγαλόφρονι ἐπιδόσει οἰκειώσηται τὸ στράτευμα. id est: *celebrato funere Marci, visum & amicis Commodum adducere ad exercitum, ut est milites alloqueretur, & (qui novis imperatoribus mos est) pecunijs elargiendis illorum animos sibi devinciret.* Ideo addit præmia Tacitus, quorum jus penes solum Principem erat. Quare milites illi seditiosi apud Tacit. lib. 1. Annal. *novum*, inquiunt, *id plane esse, quod Imperator sola militis commoda ad senatum reÿciat. eundem ergo senatum consulendum, quoties supplicia aut prælia indicantur. an præmia sub domino, pœnas sine arbitrio esse?* Ideo Philotas ille in defensione sua apud Curtium lib. 6: *Et quis è vobis corruptus est donis? quem ducem, quem præfectum impensius colui?* idque est quod Verus M. Antonium monet, ne talem inter præcinctos habeat, quem milites libenter audiunt, libenter vident: quo etiam pertinet illud Absolonis, qui extorturus patri Imperium, primumdum omnium animos militum sibi conciliavit. Ejusdem criminis accusatus est Silanus, quod nimis prodigus esset largitionibus, & corruptione studia militum ambiret. Quam ob causam l. contra. C. de Re milit: lata mihi fuisse videtur: ne milites à numeris, injussu Principis, ad alios numeros transferantur. Itaque additur in fine legis; *nisi hoc Augusta majestas publicæ utilitatis causa fieri jusserit.* Omnes enim clientelæ, & nimiæ amicitiæ, suspectæ sunt Principibus. Id quod monuit Philosophus lib. 5. Polit. cap. 8. cauto opus esse, ne quis nimis potens fiat amicorum præsidijs: quin potius hujuscemodi clientelas tollendas esse.

Cap. VI.

Ne milites præmia, nisi à Principe, accipiant.

Nimiæ clientelæ suspectæ.

Cap. VII.

Cap. VII.

Ne quis sponte civitatem muniat. Jus muniendi. Lex Romuli. Transilitio murorum; murorum destructio, & in transitu quædam de usu propugnaculorum.

Lex regia de mœnibus.

Lex illa Romuli, *Mœnia sancta existimantor*, maximum mihi videtur sapere arcanum dominationis. Certe Remus transilitione muri Imperium fratri adimere voluisse, vel saltem abjectum eum reddere visus est. Ideo Poeta 4. Fastorum:

Neve quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transeat, audentem talia dede neci.

Est enim illud hostile & abominandum, ut ait Pompon: in l. 11. D. de rer. divis: Hinc jus muniendi nemini competebat, nisi cui illud indulserat Princeps. Tac: 5. Histor. *Judæi*, inquit, *emto jure muniendi, struxere muros in pace, tanquam ad bellum*. & Ulpian. l. 9. D. de Rer: Divis: *Muros municipales nec reficere licet, sine principis vel præsidis autoritate, nec aliquid ejus conjungere vel superponere.* Quare ædificia mœnibus ita sociata, ut exinde insidiæ metui possint, dirui ac posterni debent, l. ædificia. C. De operib. publ. Est nimirum illud arcanum dominationis, ne cuiquam liceat arcem exstruere, vel civitatem muris circumdare. Quare cum Marsus Syriæ Præses Claudio Cæsari indicasset, Agrippam murum ingentis magnitudinis circa Hierosolymam inchoasse; Claudius novarum rerum ac discordiæ suspicionem captans, Agrippæ novum opus nunciavit: quo facto statim ab

Jus muniendi.

opere

opere destitit Agrippa, Josephus lib. 19. Antiquit. cap. 7. Et plerumque murorum demolitione puniebantur rebelles. Suetonius in Galba: *quasdam*, inquit, *civitates Hispaniarum Galliarumq;, quæ cunctantius ei accesserant, murorum destructione punivit:* & de Placentinis Gunterus:

Pœna destructionis murorum.

Taliq; reis est reddita pacto
Gratia, directis ut tota turribus urbe
Mœsta ruinosis lacerarent mœnia muris;
Quasq; metu regis cepissent ducere, rursus
Ingesto patulas implerent aggere fossas.

Neque alias exstruere licebat: Idem lib. 4.

Terdonæ veteres, nobis prohibentibus, arces
Erigit, & vetitas audet sarcire ruinas.

& ibidem, *Ne claudere pergeret urbem,*
Jussus ab incepto populus desistere muro.

Quin etiam hodie multæ civitates, teste Gailio, privilegium ab Impp. obtinuerunt, ne vicinis liceat, intra unum vel duo miliaria prope civitatem, castrum ædificare; quod hæc res vicinorum potentiam ac robur auget, ipsis vero periculum ac metum infert: idque refert de Rege Scytharum Curt. lib. 7. eum urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam cervicibus, emissa militari manu dirui jussisse. Quo argumento cumprimis utuntur illi, qui tam hodierna, quam veterum propugnacula deprimunt. quæ tamen maximum usum habent; & Romani sæpenumero totam salutem in ijs posuerunt, ut videre est in illo Livij lib. 32. *Vides tu Aule Corneli cacumen illud supra hostem, arx est illa spei salutisq; nostræ, si eam, quoniam cœci reliquêre Samnites, impigrè capimus:* & Cremonam Tacitus *propugnaculum* vocat, *adversus Gallos trans Padum agentes, & si qua alia vis per Alpes rueret.* Neque Augustus, accepto nuncio de clade Vari, aliam ob causam tam fœde exterritus dicitur, adeo ut caput parieti alliserit, quàm quod nullum propugnaculum erat inter Germaniam & Italiam, quod

Vsus tam veterum, quam hodiernorum propugnaculorum.

Metus Imperatorum à Germanis.

Germanorum impetum & incursiones retardare potuisset. quo etiam nomine Germanos, quos armigeros secum habebat, dimisit ut suspectos; Sueton. in Aug. Idem etiam metus à Germanis fuit Marci Imp. ut testatur Herodianus: sed de his etiam vide quæ accuratè disserit Florentinus ille Ammiratus, contra popularem suum Machiavellum.

CAP. VIII.

Ne quis arcem exstruat, vel nimis splendidè ædificet. Ne quis tribunal militare exstruat, vel ascendat. Ne quis in clypeo sedeat. Signum dare prætoriæ cohorti. Annulus aureus. Fortuna aurea.

ARCANUM etiam dominationis regiæ videtur, ne quis nimis splendidè ædificet. Quæ magnificentia privatorum, Principibus suspecta esse solet. *Erat*, inquit Tacit. lib. 3. Annal. de Pisone, *inter inritamenta invidiæ domus foro imminens festo ornatu, conviviumq; & epulæ, & celebritate loci nihil occultum*. Idem 15. Annal: *Nero jubet prævenire conatus consulis; occupare velut arcem ejus, opprimere delectam juventutem. quia Vestinus imminentes foro ædes, decoraq; servitia, & pari ætate habebat*. Sic Lucas ille Pittus, qui adversus Petrum Medicæum postea conjuravit, Florentiæ ad Romanam portam, editiore in loco, ad effigiem munitæ arcis ingentem domum exstruxit, ut Cosmum magnificentiæ gloria superaret, & hac via ad principatum grassaretur. Ejusdem notæ est, ne quis in castris

Splendida ædificia, & celebria.

Arx exstructa.

castris cespiticium tribunal exstruat vel ascendat, & ex eo verba faciat: quod erat proprium Principis, & ab eo missi Ducis sive Imperatoris. Vopiscus in Probo: *Undiq; ab omnibus acclamatum est: Probe Auguste Dij te servent. Deinde concursus, & cespiticium tribunal, appellatusq; Imperator.* Quare cum milites seditiosi congessissent cespites, adeoque tribunal exstruxissent: Blæsus vehementer eos objurgavit, ac veluti capitis reos, inquiens: *Mea potius cæde imbuite manus, leviore flagitio legatum interficietis, quam ab Imperatore desciscitis.* & Suetonius refert inter portenta mortis Galbæ, quod obliti ministri erant, adoptionis die milites allocuturo Castrensem cellam, de more, pro tribunali ponere. Sic Commodus, patrè mortuo, ad Imperium vocatus tribunal ascendit; vide Herodianum in Commodo. quod etiam notat Josephus in Archelai electione lib. 17. Antiq. c. 12. Hisce adde Principis positionem in scuto aut clypeo. Niceph. lib. 2. *Postea autem Imperator dictus est, sedens in clypeo, more recepto:* & Zonaras de quodam qui per seditionem electus erat: ἐπὶ ἀσπίδ☉ αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες, ἀναγορεύουσι βασιλέα. Idcirco factus Imperator, statim signum dabat Prætorianis militibus, idque proprium erat Principis. Tac: 1. Annal. *Defuncto Augusto, signum prætorijs cohortibus ut Imperator dederat.* Sic apud Curtium annulus aureus est indicium sive signum traditi Imperij: & apud Imperatores Romanos, fortunæ aureæ missio.

Cap. IX. Cespiticium tribunal. Suppositio clypei vel scuti. Signum dare Prætorianis. Annulus Aureus. Fortunæ aureæ missio.

CAP. IX.

Ne Coss. pecunias spargant. Ne quis regia vela suspendat. Principales vestes. Purpura, Inscriptio Purpurea. Insignia Imperij.

CAP. IX.

perij. τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα. Excubiæ, arma, comitatus militum. Diadema, Sella, Crux.

Ne Coss. pecunias spargant.

LIBET in hoc caput tumultuarie congerere, ἢ ὕστερον πρότερον, aliquot alia hujusce rei exempla. Nam illa constitutio Marciani, ne Consules pecunias spargant, C. de Coss. & non sparg: ab his pec; quid aliud est, quam præsidium aliquod dominationis regiæ, quod ex superiorib. liquet. quam tamen legem Justinianus mitigavit; Leo vero in Novel. 94. prorsus abrogavit. Eadem fermè fuit causa Constitutionis, quâ cautum est, ne quis privatos carceres habeat, quippe quod id speciem quandam Imperij præ se ferebat: & Constitutio illa Honorij & Theodosij, ne quis privatus titulos prædijs suis vel alienis imponat, vel regia vela suspendat: quamvis eo imprimis facit, ne quis nomine fisci loca aliena invaderet, tamen huc etiam spectat, ne quis hac ratione ad imperium reperet. *Regiæ enim majestatis est*, ut ait Imper. l. 1. C. ut nemo privat. &c. *ut nostræ tantum domus & patrimonia titulorum inscriptione legantur.* Ejusdem farinæ est Constitutio Valentin: C. de Vestib. holos: & aur: Ne quis vestes auratas gerat præter Principem: ne quis vellera sacro murice intingat: ne quis sericas vel holopurpuras vestes, & quibus Princeps utitur, usurpet; quæ ut ait Imper. Theodos. in l. 4. C. eod. *soli Principi, ejusq; domui dicantur.* qua ratione identidem purpuræ nundinæ innumeris constitutionibus prohibitæ sunt. l. ult. d. tit. Unde qui imperatores salutabant, dicebantur *sacram purpuram adorare.* l. 1. C. de App. præf. præt. Adeoque non licebat fucare purpuram, vel adulterino colore intingere. quod receptum est propter existimationem hominum; & ne facile rebellibus foret, Tyrannum, Imperatoria majestatis purpurâ vel vera vel fucata, amicire, quod ex Marcellino con-

Ne quis privatos carceres habeat.

Ne quis titulos prædijs imponat.

Regia vela.

Ne quis vestes auratas gerat præter Principem.

Vestes sericæ.

Sacra Purpura.

no constat, & l. 1. C. Quæ res ven: non possint: Quo nomine l. 1. C. Quæ res export. non deb: quædam ad barbaros transferri vetat, ne hi suavitate frugum illecti impetum faciant in Romanum Principem. quæ prima fuit Gallorum in Italiam adventus causa, teste Livio. Idem Arcanum animadverto in Inscriptione Purpurea, quæ solius erat Imperatoris, ut est in l. 6. C. de divers. rescrip: Ubi Imp: Leo *Hanc*, inquit, *sacri incausti confectionem nulli sit licitum aut concessum habere, aut à quocunque sperare: eo videlicet, qui hoc aggressus fuerit tyrannico spiritu, post proscriptionem bonorum omnium, capitali pœna plectendo.* Hæc ille. Quinimo totus ferè postremus liber Codicis nihil nisi hæc dominationis arcana continere mihi videtur, modo sint qui enucleent; quæ tamen longe aliter à plerisque interpretibus accipiuntur. Insignia enim illa Imperij, sive ut Dion, τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα, quid ni huc referas? quippe quæ soli Principi tribuebantur. Inde Vitellius filium suum designaturus heredem Imperij, cunctis fortunæ principalis insignibus cinxit. Tac. 2. Histor: Quæ insignia idem Tac. notat 1. Annal. *Excubiæ*, inquit, *arma, cetera aulæ; miles in forum, miles in curiam comitabatur.* & Herodian: de Gordiano. *Sequebatur ipsum principalis pompa omnis, milites quicunque aderant, juvenesque urbani procera statura, ad eorum similitudinem qui Romæ Imperatorem comitantur; virgæ item laureatæ, quo insigni Principes à privatis dignoscuntur. Præterea ignis de more præferebatur &c.* Quibus accessit Diadema, corona, sceptrum, sella. Hinc Maro; *Et sellam regni trabeamque insignia nostri:* quam occupare capitale fuit; quod & de sella regum Persiæ refert Curtius lib. 8. item crux. Hieronimus quàm graphice? *Regum*, inquit, *purpuras, & ardentes diadematum gemmas, patibuli salvatoris pictura condecorat:* quod jus postea solum Pontificem Romanum habuisse, memini legere. In quibus insignibus magna plerumque majestas

CAP. IX.

Inscriptio purpurea.

Fortunæ Principalis insignia.

Ne quis sellæ principali insideat.

Ne quis crucem ferat in veste.

CAP. X. quædam posita fuit. Quocirca Flandri hortabantur Anglos, ut insignia Galliæ usurparent, quo facto, putabant se liberari posse à juramento Gallo præstito. Froissardus. Qui enim insignia habet, imperium habet; nec ulla unquam, ut scribit Cujac. 20. Obser. 37. insignium & imperij separatio fuit.

CAP. X.

Ne mentio fiat heredis, duobus ad Imperium contendentib. & vivo Principe. Principes Juventutis, Augusti, Cæsares. Reguli, Reges Romanorum, Delphinus, Infans. Σολοικισμὸς Galbæ, Corrhois, aliorumque in nuncupando herede.

INTEREST Reipublicæ, in principatu *ne successor in incerto sit*, ut cum Tacito loquar. At enimvero ipsi etiam Principi expedit, partim ut pluribus munimentis insistat, partim etiam ut aliarum spes cohibeantur. Quod & Plinius ait lib. Epist. 2. *Malim hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus essem & securus & felix*: idq; vovet Pædo Augusto:

Et tibi succrescant Juvenes bis Cæsare digni,
Et tradant porrò Cæsaris usque genus.

Augustus enim princeps sapientissimus, ut dominationem quam occupaverat, inter tot factionum conjurationumq;

numq; fluctus retineret, adque posteritatem transmitteret, Cajum & Lucium nepotes à patre per æs & libram emtos in familiam Cæsarum induxit: quibus defunctis, rursum Agrippam Posthumum & Tiberium curiatâ lege adoptavit, eaque conditione, ut hic primum Germanicum arrogaret. Quæ vestigia, ut multa alia, identidem institit Tiberius, & Drusum adhuc summæ rei admovit, *ne si extra domum Augustam successor quæreretur, memoria Augusti nomenq; Cæsarum in ludibria verteret.* Aliorum principum ac regum exempla sunt trecenta; inter quæ hoc recens est & illustre in Carolo V. qui vivus adhuc impetravit, ut filius suus Rex Romanorum crearetur, id est, heres Imperij. Qui enim olim dicebantur Principes, Juventutis, sive, ut vertit Zonaras, πρόκριτοι τῆς νεότητος· sive διάδοχοι τῆς ἀρχῆς ut est apud Dionem; sive hæredes & consortes Imperij, apud Sueton: sive Augusti & Cæsares apud Ammian. & Spartianum; sive ut est in veteri gloss: Regulli sive Reguli, (Regullus inquit, υἱὸς βασιλέως) ij nunc sunt reges Romanorum, quemadmodum in Gallia Delphini, in Hispania Infantes, in Scotia Principes Scotiæ. Quæ uti regulariter ita se habent, ita si duo sint vel plures, quibus spes est ad Imperium, satius est neutrum nuncupare, *ut sine periculo vivere possis:* uti eadem de re ait lex 77. § 24. D. De legat. 2. Altero enim nuncupato, alterius spes præciditur & decollat, atque ex desperatione temeritas & audacia additur. Sub Tiberio fuerunt Germanicus, & Drusus. Hic erat filius Principis, & pollebat amore patris: Germanicus vero progener Augusti, adoptatus à Tiberio, & jussu ejus qui Imperium dederat. Huc accedebat summus in eum favor populi ex patrui alienatione, postremo rerum gestarum gloria. quinetiam claritudine materni generis anteibat, avum M. Antonium, avunculum Augustum ferens; *contra Druso proavus eques Rom. Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur,* ut commemorat

CAP. X.

πρόκριτοι τῆς νεότητος, διάδοχοι τῆς ἀρχῆς.

Cæsares, Reges Romanorum.

Duobus ad Imperium contendentib. sustinendum est judicium.

CAP. X.

memorat Tacit. Quo tempore pro arcano dominationis ſumo, ne mentio heredis fiat vivo adhuc Principe. Itaq; Tacitus de Tiberio, *eum Judicium ſuſtinuiſſe.* Quod enim alterum præoptabat ille, alterum verò populus, neminem populo oſtendit; ne ſcilicet aut alterum firmando, ſuum abijceret, aut hunc præferendo, ſtudia popularium in ſe concitaret; ut ſapienter hac de re diſputat elegantiſſimus Meſſerus. Quam ob cauſam etiam hodie Turcicorum Imperatorum filij, non prius è cuſtodia dimittuntur, quam mortuo Principe. Qua in re turpiſſimè erravit Galba, adeoque in adminiſtratione Imperij magnum, ut ita loquar, ſolæciſmum fecit. Piſonem enim nominavit, non ante abjecto Ottone. quæ res Ottonem animavit atque incendit adverſus utrumque. Similiter Corrhoes ille II, cum duo eſſent quibus ſpes ad Imperium erat, Syroes & Medarſa, temere rejecto Syroe, Medarſæ regnum tradidit; quæ res utrique, & Corrhoi & Medarſæ, occaſio fuit interitus. Quanto prudentius Auguſtus, antequam Cajum & Lucium ad ſpem imperij eveheret, Tiberium ablegavit Rhodum, & deſtinato Tiberio, Agrippam Poſthumum in exilium ejecit. neque Tiberius prius Druſum nominavit, quam comperta morte Germanici. Sic Theſeus, ut ſcribit Pauſanias, cum Phædram uxorem duxiſſet, liberosque procreaſſet, Hippolytum, à quo merito ſibi timebat, ad Pytheum amandavit. Et Philippus rex Macedoniæ duos habebat liberos, Demetrium & Perſeum: utrique erant ſuæ cauſæ, & favor ſuus. Perſeus ætate major, ſed ex pellice natus; Demetrius ex juſtis nuptijs, ſed minor. Quare, preſſo primum Demetrio, pater Perſeum regem declaravit. Et rex Ptolomæus, quod filium minorem præ omnibus amaret, primum reliquorum ſpem clanculum fregit, poſteà verò populo perſuaſit, ut ſuffragarentur minori: quo factum eſt, ut ſcribit Juſtinus, *ut populi non minor favor fuerit in accipiendo, quam regis in tradendo.*

Galbæ imprudentia in nominando Piſone, nondum abjecto Ottone.

Cautio in nominando ſucceſſore Imperij.

Idque

Idque non nescivit Elisabetha regina Angliæ, adeoque lege cavit, ne quis, sub pœna capitis, mentionem faceret heredis regni: dicens, sibi ante mortem non esse fodiendum sepulcrum. Rationem reddidit Tiberius Macroni, *Orientem ab eo adorari, occidentem deseri:* adeoque teste Tacito. 1. Histor. *suspectus semper invisusq; dominanti est, quisquis proximus destinatur.* CAP. XI.

CAP. XI.

Ne quis summam rei gestæ ad se trahat: militiæ auspicia & gloriam propriam esse summi Principis. Falsi triumphi.

Hujuscemodi dominationis arcana, uti salutem regis vel Principis respiciunt, ita imprimis efficiunt ut salva maneat ejus majestas & autoritas. Quo nomine ipsi, legatis etiam in bellum missis omnia dirigunt; mittendo milites, arma, pecuniam, commeatum, substituendo duces, centuriores; & revocando, ut de Justiniano refert Procopius, hanc nimirum ob causam, ut gloria rerum gestarum penes ipsos remaneat. Id vult Poeta Lyricus ad August: Auspicia apud solum Principem.

Te copias, te consilium, & tuos
Præbente divos.

Et Alexander apud Curt.: lib. 6. *Quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioq; perdomui.* Et eodem libro Curt: *Craterus*, inquit, *omnibus præparatis, regis exspectabat adventum, captæ urbis titulo, sicut par est, cedens.* Hinc Tacit. de Tib: *Bellica Germanici gloria angebatur.* & alibi de Ottone. *Læto Ottone, & gloriam in se trahente, tanquam & ipse felix bello, & suis ducibus suisq; exercitibus Rempub. auxisset.* Ubi enim rerum autores

CAP. XI. rei gestæ famam ad se trahunt, & principis majestatem existimationemque opprimunt, & hac militari gloria facilè ad Imperium contendunt. Quare est hoc arcanum dominationis regiæ, ne quis alius præter Principem famam gloriamque rei gestæ ad se trahat. Itaque de Silio illo, qui ingentes exercitus septem annos moderatus fuerat, cum immodicè jactasset, suum militem in obsequio duravisse, cum alij ad seditiones prolaberentur, neque mansurum Tiberio Imperium, si ijs quoque legionibus cupido novandi fuisset, ita Tacitus: *destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemq; tanto merito rebatur.* Quo prudentius Mecænas, de quo Pedo,

Majus erat potuisse tamen, nec velle triumphos,
Major res magnis abstinuisse fuit.

Et Agricola ille, teste Tacito *nunquam in suam famam gestis exultavit, ad autorem & ducem, ut minister, fortunam referebat.* Unde Curtius lib. 6. *Alexander*, inquit, *hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse, re tacitus quidem indignabatur, suæ demtum gloriæ existimans, quicquid cessisset alienæ.* Quare Germanicus debellatis Germanis congeriem armorum struxit, superbo cum titulo, de se nihil addidit, metu invidiæ, an ratus conscientiam facti satis esse. & de Alberto Comite Tirolensi Gunterus pulcrè,

Alijs magni reputantibus, ipse
Negligit, & modico factum metitur honore:

Quò etiam respexit Constantius qui, teste Ammiano lib. 16. edictis testatus est, se cum gestis non adfuisset, & dimicasse & vicisse. Sic Domitianus, more quamvis ridiculo & inepto, sed autoritatis conservandæ spe falsos triumphos egit. Quod tamen crimen grave erat, & olim appellatum fuit crimen falsæ pugnæ. De Domitiani falso triumpho, & Agricolæ victoria ita Tacitus. *Inerat*, inquit, *conscientia derisui, fuisse nuper falsum è Germania triumphum, emtis per commercia, quorum habitus & crines in capti-*

Crimen falsi triumphi.

in captivorū speciem formarentur; at nunc veram magnamque victoriam tot millibus hostium cæsis ingenti fama celebrari; id sibi maximè formidolosum, privati hominis supra Principis attolli: frustra studia fori & civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet, & cetera utcunq; facilius dissimulari, ducis boni Imperatoriam virtutem esse. Hæc ille. Militaris enim gloria propria est, vel esse debet, summi Principis.

CAP. XII.

CAP. XII.

Majestas in Principe. Ne quis effigiem alterius magis colat, quam Principis. Ut pro Principe solo vota fiant. Ne quis privata sacra habeat, aut novos Deos. Ne quis quempiam de salute Principis consulat, neu rogatus respondeat.

PROPE abfuit, quod abominandum est, olim imperatoria majestas à divina. Unde Imperatoribus effigies, statuæ, templa statuebantur. Hinc signa, nomina atque imagines eorum in vexillis & scutis. Quare cum Vitellius de imperio periclitaretur, Tacitus scribit 3. Histor: primores, Cassiorum nomen, atque imagines Vitellij amolitos fuisse. Qui honor postea Christo habitus: quo respexit Prudentius,

Imperatorum effigies & nomina in vexillis.

Christus purpureum gemmato textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat.

CAP. XII.

Hinc qui alterius effigiem plus quam principis coluisse dicebatur, contumaciæ, imò læsæ majestatis reus fiebat. quod crimen Marcello intentatum est, quod ejus statua altius quam Cæsaris sita esset. & Lucius Ennius ejusdem majestatis postulatus est, quod effigiem Principis promiscuum ad usum argenti vertisset. Et cum pop. Romanus effigiem Agrippinæ ac Neronis gerens circumstetisset curiam, *Tiberius criminatus est, nihil reliquum esse, nisi ut caperent ferrum, & quorum imagines pro vexillis secuti forent, duces Imperatoresq; deligerent.* nam & Ducum imagines in vexillis conspiciebantur. Ac tamen Tiberius Siriacis Legionibus munera dedit, quod solæ nullam Sejani imaginem inter signa coluissent. Sic Pontifices, cum pro incolumitate Principis vota susciperent, & Neronem quoque & Drusum ijsdem dijs commendarent, Tiberius impatienter doluit æquari adolescentes senectæ suæ, adeoque ægrè illis hoc condonavit. Refero hoc ad arcanum dominationis: tum quod pro solius Principis salute vota concipiebantur, l. 1. C. de oblat. Vot: & Plin. in Paneg: *Unum omnium votum est salus Principis:* tum etiam quod hac ratione majestas Imperatoris aliorum dignitate adæquabatur. Ceterum Imperatores id imprimis studebant, ut non tantum fortes essent & existimarentur, verum etiam sancti ac venerabiles, quod nihil animos plebis magis percellit quam relligio: quod Curtius de Persis testatur lib. 8. *Persas prudenter reges suos inter Deos colere, Majestatis enim imperij, salutis esse tutelam.* Unde illud Pauli, *Dico dij estis.* Quo nomine Imperatores Rom. etiam Christiani, se æternos, sanctos, divinos appellabant, ut in l. 2. C. de Fabric: *Qui adorent Fabricenses nostram æternitatem;* & passim. quam tamen hyperbolen Ammianus Marcell: non immeritò irridet, & alij detestantur. Unde qui per Principem Romanum pejerabat, fustibus cedebatur l. si duo. §. ult. D. Dejurejur: & Tiber. apud Tac. Jusjurandum per Principem,

Pro solius Principis incolumitate vota.

Principes dij, Sancti, Æterni.

cipem, perinde æstimandum esse ac si Jovem fefellisset. Quam etiam ob causam nemini ferè licuit præter principem, privata sacra habere, aut novos Deos facere: ut ex Suetonio colligo, & Callisthenes apud Curtium lib. 8. *Scilicet ego & tu, Cleo, deos fecimus?* & de Alcibiade Æmil: Prob: *Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium; idq; non ad relligionem, sed ad conjurationem pertinere arbitrabatur.* Itaque soli Principes in Larario suo colebant Fortunam, tanquam habitatricem indigenam & auctricem Imperij Romani: Simili etiam ratione nemini licuit, alium de salute Principis vel Reipublicæ consulere, Firmicus. *Cave*, inquit, *ne quando de statu Reipubl. vel de vita Romani Imperatoris aliquid interrogatus respondeas.* & Tertull: 35. Apolog: *Cui opus est perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid adversus illam cogitatur, vel optatur, aut post illam speratur, aut sustinetur?*

Ne quis privata sacra habeat, aut novos Deos asciscat.

Ne de salute Principis consilia fiant.

CAP. XIII.

Ne quis Magicam artem faciat. Mathematici. Chaldæi. Ne quis nisi apud regem vaticinia edat. Ne quis cum exule converfetur. Conventus & conciliabula in Principatu.

MULTI namque ad Imperium contenderunt, vel hoc solum prætextu quod fato sibi deberi arbitrati sunt: veluti Lentulus, qui destinatum familiæ suæ regnum ex Sibyllinis versib. vaticinatus est. Et de Telepho quodam Suetonius in Aug: *Ad extremum*, inquit, *Telephus quasi debita sibi fato*

CAP. XIII.

dominatione, & Augustum & senatum aggressus est: ut reliquos innumeros omittam. Quæ res Imperatores impulit, ut divinandi artem damnabilem fecerint l. 6. C. de Mal: Et olim prohibita fuit interdictione ignis & aquæ, ut constat ex Ulpian. fragmentis; postea pœna capitis punita: quippe *quæ ipsam pulsat propemodum Majestatem*, ut ait l. 7. C. eodem. Dicebantur autem Mathematici qui futura prædicabant; Unde Juvenal: Nota Mathematicis genesis tua. Non enim intellige veram illam & genuinam Mathematicam, quam teste Diocletia: discere atque exercere publicè interest, queve permultum confert ad ædificandas urbes, propugnacula extruenda vel oppugnanda, unde Philo appellat ἀρχὴν καὶ μετρόπολιν omnium scientiarum: sed illam artem Magicam quam Curtius *Vanissimi cujusq; ludibrium esse* ait, & de qua Tacit. 12. Annal: *molitur crimina & accusatorem qui objiceret Chaldæos, magos, interrogatumq; Apollinis Clarij simulacrum super nuptijs Imperatoris.* & alibi: *Scribonianus in exilium agitur, quasi finem Principis per Chaldæos scrutaretur.* item. *Mathematici, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra & vetabitur semper, & retinebitur.* Unde Domitianus Pomposianum interfecit, *quod Imperatoriam genesin habere vulgo ferebatur.* Quo etiam modo Tiberius Aruspices secretò ac sine testibus consuli vetuit, Suet. in Tib: Sic in regno Macedonico non licuit, nisi apud regem, vaticinia profiteri: Illud est quod Alexander Aristandrum increpat. *Non rex*, inquit, *sed privatus sum: sacrificium ut faceres mandavi, quid eo portenderetur, cur apud alium quam apud me professus es? Eriginus arcana & secreta, te prodente, cognovit.* Curt: lib. 7. Ab hisce artibus etiam sibi timere dicuntur Turcici Impp: veluti est nobilis illa prædictio, fore, ut ex Transsylvaniæ rupibus prodeat Princeps, qui ad nihilum redigat Ottomanicum Imperium. Cui simile est illud responsum

Ars divinandi periculosa in principatu.

Magi.

Ne quis apud alium quam regem vaticinia profiteatur.

Aruspicum apud Vopiscum in Floriano. Hinc etiam periculosum erat cum ejuscemodi versari; quemadmodum etiam nefas fuit cum exule diu multumque esse: de quo Plinius in Epist: quadam: *Equidem cum essent Philosophi ab urbe summoti, fui apud illum in suburbano, & quo notabilius hoc periculosiusq; esset, fui Prætor, pecuniam etiam dedi &c.* Ideo Sejano accusato majestatis, nonnulli qui unà cum eo consederant, surrexerunt, Dion 58. Quam etiam ob causam Mœcænas ille Augustum docuit, quam pernitiosa sint in principatu conventus & conciliabula: idque Tacit. notat in rebellione Galliarum. *Igitur*, inquit, *per conciliabula & cœtus seditiosa disserebant.* Unde SCtis & Constitutionib. Principum prohibiti sunt. tit. D. de colleg: &. corporib. & tit. 53. Feud. lib. 2. § Conventicula. quod sic reddit Poeta Augustus libro 8.

CAP. XIV. Ne quis cum exule diu multumque sit.

Conventus Principibus formidolosi.

Non conventiculum. vel conspiratio fiat,
Sive sodalitij, seu juncti sanguinis æstu.

CAP. XIV.

Præsidijs se munire, armatum, loricatum esse. Nimia securitas Cæsaris, ἡ ἀπαιδευσία in dimittendis Prætorianis militibus. Regalis corporis custodiæ.

SICUT jus armorum minime privato competit, ita contra Princeps se armis, contra factiosorum hominum insidias, munire debet. Nam ut ait Livius lib. 2 *parum tuta est sine viribus Majestas.* Ideo Romulus trecentos arma-

CAP. XIV. Celeres Romuli.

armatos ad custodiam corporis, quos Celeres appellavit, non in bello solum, sed etiam in pace habuit. idem sedulo Livia Augustum monuit, ut sui corporis custodiam exquisitissimam institueret: & Mecænas ad eundem: *Suadeo*, inquit, *ut duos præstantissimos ex equitibus, qui præsidio præsint, sumas, ut sint qui tui custodiam gerant.* Non enim audio illos qui hoc plus quam tyrannicum esse existimant. Enimverò horum arcanorum usus, vel ipso Aristot. teste, non tam est in tranquilla & pacata Republ. quam in turbulenta ac seditiosa. Ac multum à tyrannide differt dominatio; illa suum commodum spectat, hæc & suum & civium; illa per scelera occupatur, hæc violenter quidem, sed vi ac jure belli; illa armis munita est ad perniciem civium, hæc ad subsidium & custodiam sui. Quare rectè Augustus, quod lorica sub veste munitus ferroque cinctus in curiam ivit: rectè Tiberius, quod in funere Augusti prædia disposuit, ut ut inrisus fuit à populo: quos secutus Cosmus Mediceus occupato imperio Florentino, non nisi armatus & cum manu militari in senatum venit. Quin etiam Masinissa ille parum hominibus credens, canibus salutem suam vallavit, teste Val. Max: Quænam enim, per fortunam Principum, alia causa fuit tam inopinæ & festinatæ C. Julij Cæsaris necis, quàm quod neglexit excubias, prætorianosque milites dimisit firmissimum corporis regalis robur? Quare in quo Syllam increpat, quod Dictaturam deposuerat, eum litteras nescivisse; in eo multò magis objurgandus est Cæsar ipse, quod, non depositâ Dictatura, prætorianos tamen milites dimisit. *principatus enim armis quæsitus*, ut monuerunt eum Pansa & Hirtius apud Paterc: *armis tenendus erat.*: quo nomine eum merito Anglicus scriptor Henircus Savilis solæcum appellat & pessimum Grammaticum. Vere Tragicus in Hercule furente,

Dominatio differt à Tyrannide.

Augustus loricatus.

Cosmus armatus in senatum ivit.

Ἀπαιδευσία Iul. Cæsaris, in dimittendâ prætoria cohorte.

Quod civibus tenere te invitis scias,
Strictus tuetur ensis.

Qua-

Quare quod Augustus & Tiberius Germanorum custodia usi sunt, Galba Evocatorum, Caligula Batavorum, Antoninus Germanorum equitum, atque alij aliorum; ideò & se securos reddiderunt à sceleribus civium, & nefarijs hominibus terrorem incusserunt. Quam etiam ob causam antiquissimi reges, ut est apud Xenoph: & Justinum, circa se habebant gustatores, qui temperabant sive prægustabant potum propter periculum veneni. Qui mos regius adhuc hodie in usu est. Ceterum stationem militum Suetonius vocat *vim Dominationis*. *Statione*, inquit, *militum, hoc est vi & specie Dominationis assumta*: & Nævius *Regalis corporis custodias appellat*.

CAP. XV. Custodiæ regalis corporis.

CAP. XV.

Non omittere sedem Imperij. i. e. caput rerum: & discutiuntur rationes propter quas Tiberius, Antoninus, Justinianus, Carolus rex Galliæ, Ammurates, ab urbe non discesserint. Imperatoriæ Majestatis est, præcisè agere. Gallorum imprudentia in deserendo Mediolano.

ROMA, ut dictum est, erat sedes Imperij Romani, & caput rerum, de qua Romulus ille apud Livium lib. 1. *Abi nuncia*, inquit, *Romanis, celestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit*. Quocirca non facilè Sedes Imperij.

CAP. XV. eam deserebant Principes Romani. De Augusto Sueton. *Non diu*, inquit, *urbem relliquit*: alibi: *Biennio continuo post adeptum Imperium pedem porta non extulit*. Idem fecit Tiberius: Exorta enim seditione in Illyrico, vulgus incusare Tiberium, ire ipsum, & opponere majestatem Imperatoriam debere: verum immotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit, non omittere caput, neque se remque publicam in casum dare. Referas hoc identidem meo periculo ad arcana Dominationis: Ac quidem rationes non erant de nihilo, imo gravissimæ; quamvis Tiberius alium prætextum excogitavit, magnitudinem Imperij extollens. Primo, quod urbs erat caput rerum, unde in omnia regimen, ut ait Tacit. 2. Ann. *Neque decorum*, inquit alibi, *Principib. si una alterave civitas turbet, omissa urbe, unde in omnia regimen &c.* Deinde, ne se & Remp. in discrimen conjiceret: maluit enim vulpecula sedem Imperij premere, quam absens Rempubl. adeoque Dominationem suam conjuratorum insidijs obnoxiam facere. III. Quia si ivisset, aut utriq; exercitui, tàm in Illyrico quàm in Germania, satisfactum oportuisset, aut neutri, aut alterutri. Si utrique, futurum hoc erat contra salutem Reipubl: quæ tantis oneribus erat impar: si neutri, metuebat ab utroque, ne sibi vim intentarent, & quod ultrò nequissent, necessitate exprimerent. ideo Tacit. 1. Annal. *Periculosa severitas, flagitiosa largitio, seu nihil militi, seu omnia concederentur, in ancipiti Republ*: si alterutri, atq; ita hunc exercitum alteri prætulisset, periculum erat, ne postpositi hac contumelia incenderentur. IV. Itaque consultius erat filios mitti, Imperatoria majestate salvâ, *cujus ex longinquo major est reverentia*: & ut Cæsar ait, *omnia plerumq; quæ absunt, vehementius hominum mentes perturbant*: & Livius lib. 35. *continuus aspectus minus verendos magnos homines ipsa satietate facit.* V. Legatis licebat perplexè agere, & Senatus arbitrium prætendere, quædam

Rationes quæ Tiberium Romæ detinuerunt.

dam etiam ad Imperatorem rejicere: at imperatoriæ majestatis est, præcise omnia agere, & ad punctum, hoc est, ut Alciatus interpretatur, sine tectorio aliquo & sermonis involucro; vel ut Cicero lib. 8. ad Attic. sine ulla exceptione. Ideo Tacitus de Druso, eum arbitrium Senatus & patris prætendisse. VI. si milites resistant Germanico & Druso, mitigari & infringi posse; se verò, id est, Imperatoriâ majestate læsa, quodnam subsidium sperarent? Idem factitarunt Antoninus, Justinianus, Carolus ille rex Galliæ, Ammurates, alijque. Antoninus hanc causam asseruit, quod provincialibus comitatus Principis nimis gravis futurus erat: sed verius, judicio meo, Capitolinus, *ne Imperatore absente, sedes Imperij à conjuratis occuparetur.* Ideo Ammurates ille Turcarum Imperator gloriari ausus est, se sedentem Constantinopoli majores res gessisse, quam ullum ex Majoribus suis in ipsa acie: idque Tiberius dicebat, fide ac virtute Legatos, se consilijs superfuisse. Cujus rei tamen alia causa non fuit, quam quod Constantinopolis sedes erat Imperij, & plena Christianis hostibus Turcico nomini infensissimis. Sic Carolus Gallus bellum cum Edoardo rege Angliæ per fratres gessit, ne rebus improsperè gestis, ut est fortuna belli, absente rege, Parisienses more suo secessionem facerent: ac tamen Edowardus dixisse fertur, cum nullo unquam hoste sibi rem fuisse, qui minus armaretur, & plus negotij sibi facesseret: Frossar: lib. 2. Unde Machiavellus merito ipsorum etiam Gallorum imprudentiam perstringit, quod Mediolanum deseruerint, ubi si aliquamdiu pedem fixissent, non tam cito exinde ab Hispanis fuissent ejecti.

Imperatoriæ Majestatis est præcise agere.

Gallorum imprudentia in deserendo Mediolano.

CAP. XVI.

Imperium intra terminos coercere. Metus, pro consilio & pru-

CAP. XVI.

prudentia. Limites Imperij Romani sub Augusto. Difficultas retinendi Imperij in remotis regionibus. Reipubl. diu ægræ necessaria quies. Occulta causa conjurationis Catilinariæ.

Moles Imperij prægravis.

FELICITAS Reipublicæ, ut testatur florentissimus rei Romanæ scriptor, non consistit in magnitudine, sed in summa imperandi parendiq; prudentia: idque oraculi instar videtur mihi in republ. præsertim turbulenta, & multis intestinis discordijs laborante. Architectus certe intelligens, non graviores pluresque contignationes superædificat, neque altius domum tollit, quam ferendo est fundamentum. Quare Augustus Imp. occupato Imperio consilium inijt coercendi intra terminos Imperij, ut refert Tacit. & Dion: Qui locus magnum mihi arcanum sapere videtur dominationis. Non enim invidiâ id fecit Augustus, qualis in Adriano fuit, neque timore quodam aut metu, aut etiam ignaviâ, ut fortasse vulgus hominum existimavit; sed ex summa prudentia, *ne*, ut testatur Dion, *si imperium dilatare voluisset, id difficilius tueretur, faciliu etiam partum amitteret.* Erat enim Respublica Romana ægra, quæve vix cicatrices clade intestina acceptas obduxerat. Nisi forte apud Tacitum, cum Scipione Admirato, metum interpreteris prudentiam, sive, ut alibi Tacitus appellat, consilium, veluti in Agricolæ vita: *Ac longa*, inquit, *oblivio Britanniæ etiam in pace: consilium id D. Augustus vocabat, Tiberius præcipuè*, sive, ut Lips. legit, præceptum: & alias

Limites ponere Imperij.

Metus pro consilio sive prudentia.

metus

metus pro prudentia ſumitur. Hinc Arbiter: *quantum quisq; timet, tantum fugit:* Metus enim tutos facit. Thucyd: τὸ γὰρ ἀντίπαλον δέος, μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν: & Tacit: *Germania à Dacis mutuo metu, aut montibus ſeparatur:* ſic Ligurinus:

Urget quippe metus, faciuntq; pericula fortes.

Ac quidem hujus conſilij rationes etiam ſunt aliæ. Primo, quod varia eſt fortuna belli & alea, adeoque ipſius virtutis. Hinc Senec. in Herc: fur: *Poſt multa virtus opera laxari ſolet.* Quare Corbulo ille meritæ tot per annos gloriæ ultra periculum facere noluit. Deinde, quod Imperium Rom: jam mole ſua laborabat. Erant enim termini, ab oriente Euphrates, à meridie Nili Cataractæ, & deſerta Africæ; & mons Atlas ab occidente, à ſeptentrione Danubius & Rhenus; unde magna difficultas erat retinendi. Ideo Tac: 1. Annal. *Mari Oceano, aut amnibus longinquis ſeptum Imperium; legiones, provincias, claſſes, cuncta inter ſe connexa:* quæ omnia pertinebant ad ſecuritatem principis: qua de re pulcra eſt Venetorum Oratio apud Guicciardin. lib. 3. Hiſtor. Civitatem Piſanam eſſe quidem peropportunam Venetis, ceterùm quod niſi per alienam ditionem & portus eò appellere queant, difficulter, & non niſi magnis impenſis contra Florentinorum injurias conſervari poſſe. Et veriſſimè Curtius lib. 4. *prægrave Imperium difficile eſt continere, quod capere non poſſis. Videsne, ut navigia quæ modum excedunt, regi nequeant? Neſcio an Darius ideo tam multa amiſerit, quia nimiæ opes magnæ jacturæ locum faciunt; facilius eſt quædam vincere, quam tueri quam hercule expeditius manus noſtræ rapiunt, quam continent.* Hæc eleganter Curtius. Taceo nunc ſingularem juſticiam & patientiam Auguſti, quippe qui nulli, teſte Suetonio, bellum intulit, niſi juſtis de cauſis; prætereo etiam illud quod legati apud Procopium dicebant, ideo geri bellum, ut pax videatur quæſita: de quo ſuo conſilio ipſe Augu-

Limites Imperij Romani.

Difficultas retinendi remotas ditiones.

Cap. XVII. πολιτικὴ ἀρετὴ Augusti.

stus magnificè loquitur apud Julianum in Cæsaribus: *Bellis verò civilibus sæpenumerò in extremum discrimen adductam rem Romanam sic composui, firmaviq;. Non enim, immoderatis cupiditatibus morem gerens, omnia undiq; parare, & dominio ejus adjungere suscepi, sed duos Imperio nostro limites, tanquam à natura datos, Istrum & Euphratem statui. Deinde domitis Thracibus & Scythis, non bellum aliud ex alio sum commentatus, sed in Juris descriptione, & eorum quæ bellis civilibus depravata erant correctione incubui:* & quæ sequuntur. Intererat nimirum Reipubl. ægræ & sauciæ quiescere, *ne*, ut ait Florus, *vulnera curatione ipsa rescinderentur:* quod in Tiberio etiam laudavit prudens scriptor, *eum proferendi Imperij incuriosum fuisse.* Quam etiam causam Florus lib. 1. facit conjurationis Catilinariæ, *quod in extremis mundi finibus arma Romana peregrinabantur:* & Sallust: *In Italia*, inquit, *nullus exercitus, Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat.* Porro Claudius recte & ex dignitate Reipubl. Britanniam, & Trajanus Arabiam Imperio adjunxit, quippe quibus temporibus jam tum Respubl. convaluerat. Quare quod Justinus de Mithridate scribit, eum, cum ad administrationem regni accessisset, non de regendo, sed de augendo regno cogitasse, facilius fuit Mithridati, occupato tranquillo Imperio: ac tamen à reditu veneno periclitatus est. Justin: lib. 37. Quomodo etiam intelligendum est illud de Friderico Barbarossa, *Credens hoc perdere tempus,*

Occulta causa conjurationis Catilinariæ.

Quo nihil adjectum regni proventibus esset.

CAP. XVII.

Ne quis impune Principem, etiam hostem, interficiat. Ut acta priorum Principum conserven-

ventur, etiam Tyrannorum. Ne facile princeps supplicio afficiatur.

CAP. XVII.

Cum reverentia civium erga Principes; tum etiam ipsius principis salus in eo posita est, ne facile aliquis regij vel principalis sanguinis interficiatur; imò etiam ne cædes principis, quantumvis hostis, impunita maneat; quod Laurentius ille Mediceus dixit, se nolle committere, ut opinio hæc in animos hominum illabatur, regium sive principalem sanguinem licere effundere. Qui enim Princeps Principem interficit, exemplum dat sui interficiendi, suumque ipsius latus denudat. Ideo sanctus David: *Occidi*, inquit, *eum, qui nuncio allato de morte Sauli, præmium sibi dari postulabat; quanto magis homines impios, qui interfecerunt virum justum in domo sua & lecto dormientem?* Eodem consilio Augustus percussores Cæsaris intra triennium ultus est: quod eleganter Guntherus:

Non facile Principalem sanguinem fundere.

Sic Augustorum primus summusq; Monarches
Eximiusq; nepos, crudelia Cæsaris olim;
Hostibus extinctis, pius ac fortissimus ultor,
Protinus accepto diademate fata piavit.

Et Severus Imp. Pertinacis interfectores capitali pœna damnavit: *quod factum*, teste Herodia. *incredibilem illi tum gloriam attulit, tum etiam diutissime imperandi securitatem.* Sic Domitianus Neronis libertum, quod Neroni petenti jugulum opem tulisset, ad supplicium traxit. Unde acer scriptor: *Ultor est*, inquit, *quisquis successit.* Ideo Vitellius interfectores Galbæ, quamtumvis hostis, omnes conquiri & interfici jussit: *non*, ut ait Tacitus, *honore Galbæ, sed tradito Principibus more, munimentum in præsens, in posterum ultionem.* Cujus rei rationem

CAP. XVII.

Exempli, communemque regũ causam esse, ulcisci cædem Principis.

nem præclare exposuit Alexandro Darius à Besso letaliter vulneratus. *exempli, communemq; omnium regum esse causam, quam negligere illi indecorum esse & periculosum, quippe cum in altero justicia ejus, in altero etiam utilitatis causa versetur.* Recte ait communem causam esse; sic apud Senecam Amphyt: increpatus à Lyco, quod Jovem mentiretur patrem Herculis; respondit: *Communis ista pluribus causa est deis.* Quæ etiam ratio videtur, propter quam Nero Pilato caput amputari jussit, quod Christum regem Judeorum supplicio afficere non dubitasset, si Suidæ credendum est. Sic Bajazetes Turcarum Imperator, Bernhardum Bandinum Juliani Medicis percussorem, qui in Asiam usque perfugerat, dignitate hominis & sceleris atrocitate permotus, ad supplicium tradidit, ut refert Jovius. Causam etiam expressit apud Sophoclem Oedipus, qui Laji cædem ulcisci cupit; ut suam ipsius vitam tueatur. non enim piget versus egregios huc referre:

Ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων,
Ἀλλ᾽ αὐτὸς αὑτοῦ τοῦτ᾽ ἀποσκεδῶ μύσος.
Οστις, γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ᾽ ἂν
Κἄμ᾽ ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι·
Κείνῳ προσαρκῶν οὖν, ἐμαυτὸν ὠφελῶ.

Quo fine etiam priorum Principum acta conservantur. Sueton. in Augus: *nihil convenientius ducens, quam necem avunculi vindicare, & acta tueri*; imò etiam Tyrannorum. Cic: *nihil usitatius, quam Tyrannorum acta valere.* De simili re Gellius lib. 18: sic boni sententia mansit, turpis auctor mutatus est. Idem fecerunt Arcadius & Honorius, & maximo Tyranno cæso legem tulerunt: *Quæ Tyrannus contra jus rescripsit, non valere præcipimus, legitimis ejus rescriptis minimè impugnandis.* Pari ratione Nerva & Trajanus beneficia Domitiani conservarunt.

CAP. XVIII.

Arcana Dominationis Aristocraticæ. Nimiæ largitiones. Nimiæ affinitates. Ne quis munitam domum habeat. Ne patricius in arce aut capitolio habitet. Ne penes alios quàm patricios auspicia sint. Ne quis impune Senatorem pulset & injuriâ afficiat. Ne Patricius facilè supplicio afficiatur.

ATQUE hæc sunt dominationis regiæ arcana: ceterum non minus in Imperio multorum, hoc est nobilium sive patriciorum, id genus artibus opus est. Quanquam enim Senatus, ut Imp. ille dicebat, immortalis est, princeps verò mortalis, non minus tamen ille quàm hic nefariorum civium injurijs obnoxius est, nisi ipse obviam eat. Et exempla conjurationum adversus senatum & patricios sunt obvia; qualis fuit nobilis illa Catilinæ, qui universum senatum trucidare instituerat, exceptis Pompeij liberis; cui facinori patrando una nox Saturnalium constituta fuit. Quemadmodum ergo arcana regiæ dominationis sunt occulta consilia pro salute Principis excogitata, ita Arcana Aristocraticæ dominationis, sunt intima atque occulta consilia ad salutem Nobilium sive patriciorum in Republ. pertinentia; quorum multa sunt, quæ cum arcanis regijs communia sunt; quale est illud, ne largitiones aut conventus fiant; quippe quæ teste Livio,

Senatus immortalis

Arcana Aristocraticæ dominationis.

Largitiones.

CAP. XVIII.

Cœtus.

vio, *temeritatis apud plebem sunt invitamenta.* De conventibus idem Livius lib. 2, *tum verò plebs cœtus nocturnos, pars in Esquilijs, pars in Aventino facere, ne in foro subitis trepidaret consilijs, & omnia temere ac fortuitò ageret. Eam rem consules rati, ut erat, pernitiosam, ad patres referunt.* De Largitionibus idem Livius eod. lib. *Publica patribus sollicitudo inerat, largitione consulum periculosas libertati opes struere:* & paulo post: *agros illos servitutem ijs qui acceperant laturos.* quo pulcre faciunt illa M. Tullij ad Attic. lib. 2. Epist. 17. *Nihil est quod non timendum sit,* ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται;

Affinitas.

quid enim ista repentina affinitatis conjunctio, quid ager Campanus, quid effusio pecuniæ significant? quæ si essent extrema, tamen esset nimium mali, sed ea natura rei est, ut hæc extrema esse non possint. quid enim eos hæc ipsa per se oblectare possunt? nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. quo modo apud Livium lib. 4. Patres increpant consules quod Spurij Melij largitiones cætusquè plebis in privata domo passi essent fieri. Deinde, ne quis ex Patricijs nimis splendidè ædificet.

Ne quis in munito loco ædificet.

Livius lib. 2. *Valerius*, inquit, *Cos, affectati regni in suspicionem venit, quia ædificabat in summa Velia. ibi alto atque munito loco inexpugnabilem fore, itaque delata confestim materia infra Veliam, domus in infimo clivo ædificata, unde latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut capitolio habitaret.*

Ne Patricius in arce vel Capitolio habitet.

Taceo quod hæc ædificiorum magnificentia egenorum animos perstringit, & ad seditiones invitat. Catil: apud Sallust: *Quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest illis divitias superare, quas profundant in exstruendo mari, & montibus coæquandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? illos binas aut amplius domos ædificare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse?* Idem Horat. increpat. *Structas in altum divitias, &, jactis in altum molibus:* & Petron: *Ædificant auro sedesque ad sidera mittunt, Ex pelluntur*

aquæ

aqua saxis. Cumprimis autẽ ad patriciorum salutem facit. ut senatores & patricij existimentur sancti & inviolabiles: unde apud Romanos penes eos solos auspicia erant. Liv. lib. 6. *Penes quos igitur sunt auspicia more majorum? nempe penes patres.* & lib. 23. *Nec privatum auspicia sequi, nec sine auspicijs profectum; in externo ea solo nova atq; integra concipere posse.* Quare grande crimen fuit, virum senatorij ordinis pulsare vel injuria afficere, quod ait Arnob. lib. 4. *Magistratum in ordinem redigere, senatorem convitio prosequi, suis esse decrestis periculosissimum pœnis.* Simili ratione patricij non facile supplicio affici debent: Id Decemviri deposituri Imperium orant ac monent Patres, *ut ipsis ab invidia caveatur, nec suo sanguine ad supplicia patrum plebem assuefaciant*, Liv. lib. 3. Hujuscemodi arcana consilia in Aristocratica etiam Repub. opponenda sunt ijs, qui Nobilium sanguine se polluere malunt, quàm eorundem imperium æquo animo ferre.

CAP. XIX. Auspicia penes solos patricios. Severissimè vindicare injurias patricio vel senatori factas. Ne Patricius supplicio afficiatur.

CAP. XIX.

Dictatoris creatio, & potestas. Ut patricij soli cum gladijs sint. Ciceronis Cos. Romani lorica. Lictores. Fasces.

Imprimis autem arcanum dominationis Aristocraticæ sapere videtur creatio illa Dictatoris Romani post latam legem provocationis: idque testatur Appius Claudius apud Liv. lib. 2. consul revera ἄρισ[τος] & plebi infensus. *id adeò.* inquit, *malum ex provocatione natum. Agedum Dictatorem, à quo provocatio non est, creemus, jam hic, quorum omnia ardent, conticesset furor: pulset tum mihi lictorem, qui sciat jus de tergo vitaq; sua*

Creatio Dictatoris.

CAP. XX. *penes unum illum esse.* Equidem hoc consilio nisi fuissent usi patres Romani, vix, ac ne vix quidem, plebejorum vim atque atrocitatem sustinuissent. Erat enim Dictatoris magna vis atque potestas, adeo ut ab eo & imprimis optima lege creato provocari minimè licuerit. Unde Livius lib. 8. *Dictatoris* inquit, *edictum pro numine semper observatum.* Et Tribuni lib. 6. *Dictatorium fulmen in se creatum* ajunt. Ibid: *Nec adversus Dictatoriam vim, aut tribuni plebis, aut ipsa plebs attollere oculos aut hiscere audebat.* Neque solum tempore belli creabatur, sed etiam in pace, Liv. lib. 7. *Dictatorem hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore* belli, *sed ne Licinia lex comitijs consularibus observaretur:* Ceterum illud salutariter in libera Republ. quod tanta vis atque majestas ad sex tantum menses durabat; ne quis fretus diuturna potentia Rempubl. everteret: quod plerumque accidit, ut hujuscemodi Dictaturam subsequatur Principatus, uti videre etiam est in illo Taciti 11. Annal. *Exhaustis, quas Dictator Cæsar lege Cassia, & Princeps Augustus lege Senia sublegêre &c.* Quo etiam pertinet, ut in hac republ. patricij muniti sint, & cum gladio atque armis eant. quod quamvis parvi momenti esse existimatur, mirifice tamen plebem deterret; patricijs verò vim atque autoritatem auget. Unde Cicero, quamvis gloriatus est ad Atticum, se firmissima hominum benevolentiâ munitum esse, tamen Consul in campum ascendit cum lata & insigni lorica: qua re sibi salutem attulit, Catilinæ verò & Antonio maximam invidiam conflavit. Qua de causa Coss. cum lictoribus & fascibus incedebant: Itaque arcanum dominationis consulum tentatum est, cum Livius ait: *violatos esse lictores, fasces fractos, &c.* ut ut Plinius lib. 3. Ep. vocet *fasces imaginarios.*

Dictatoris majestas.

Dictatura diuturna cudit principatum.

Vt patricij armati incedant.

M. T. Ciceronis Lorica.

Lictores.

Fasces.

CAP. XX.

Ne Senatores, Coss, vel Patricij

urbem

urbem deserant, aut urbe cedant. Ne pax alicunde quam Roma petatur. CAP. XX.

Ad salutem etiam patriciorum spectat, ne facile sedem avitam relinquant: de quo Cicerò gravissimè incusavit Pompejum, adeoque universum senatum Romanum, quod adventante cum exercitu Cæsare, Roma discesserint, οὐκ μαλ' ἀριστοκρατικῶς. *Nec sum miratus*, inquit lib 8. Epist. 1. ad Attic, *eum qui caput ipsum relliquisset, reliquis membris non parcere.* & 7. Epist. 11. *Per fortunas, quale tibi consilium Pompeij videtur? hoc quæro, quod urbem relliquerit: ego enim ἀπορῶ. tum nihil absurdius: urbem tu rellinquas? Ergo idem si Galli venirent.* *Non est*, inquit, *in parietibus Respubl: at in aris & focis, fecit idem Themistocles, fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat. At idem Pericles non fecit, annum ferè post quinquagesimum, cùm præter mœnia nihil teneret. nostri olim urbe reliqua capta arcem tamen retinuerunt.* & paulo post: *Mira hominum querela est, sine magistratibus urbem esse, sine senatu.* in quo etiam Pompejum perstringit Petronius,

Consilium optimatum Romanorum minimè Aristocraticum.

Nescis tu Magne tueri
Romanas arces, Epidauria mœnia quære.

Quanto fortius olim, cum plebs Romana Vejos migrare vellet, optimates ita tenderunt, ut morituros se citius dicerent in conspectu pop. Romani, quam relicta Roma transmigrare Vejos. Adde quod patribus absentibus facile nefarij cives res novas moliuntur. Livius lib. 3. de Terentillo, qui tempore capto insidiatus est Reipub. *Is*, inquit, *consulibus absentibus ratus locum tribunicijs actionibus datum, per aliquot dies patrum superbiam criminatus est*; & postea: *timebant patres ne absentibus consulibus ju-*

Absentia Patrum.

CAP. XXI.

gum acciperent. Quare in certaminibus hisce civilibus, non facile patricij & imprimis qui imperia habent, urbe cedere debent. Cujus rei exemplum est in exilio Cæsonis acerrimi defensoris patriciorum. *Cum velut victores Tribuni*, inquit Livius lib. 3. *perculsis patribus Cæsonis exilio, prope perlatam esse crederent legem, & quod ad seniores patrum pertineret, cessissent possessione Reipubl:* Quin etiam propterea pax non alicunde petebatur quam ex urbe Roma: tum ne promiscue ab exercitu in discrimen adducto extorqueretur, tum etiam ne unus extra Romam in periculum cum Reipubl. tum etiam ipsorum senatorum, pacem facere posset, ut constat ex sponsione Caudina & Numantina, de qua aliâs.

Româ pax petenda est.

CAP. XXI.

Ne patricij cum plebeijs matrimonia ineant. Ne familiæ deficiant, & ut novę sublegantur.

IN hac Aristocratica Republica, & in qua præcipuæ ac peculiares quædam familiæ rerum potiuntur, eâdem ope niti decet, ne cum plebejorum sanguine commisceantur patricij, partim, quod hæc commixtio atque affinitas patriciorum nobilitatem existimationemque tollit, vel saltem minuit: partim etiam, quod plebeij hac affinitate moti & incensi Reipubl. participes esse satagunt: de quo cautum est in LL. 12. tabul. *Patricij cum plebeijs connubia ne jungunto.* Quam ob causam maximæ dissensiones fuerunt in Republ. Romana. quippe quod *hæc matrimonia* (verba sunt Livij) *colluvionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum privatorumq́; afferunt. ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit, ut discrimine omni sublato, ne se quisquam nec suos noverit; quam enim aliam vim connubia promiscua habere,*

Ne patricij cum plebeijs matrimonia contrahant.

habere, nisi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrumq;, ut qui natus sit ignoret, cujus sanguinis, quorum sacrorum sit, dimidius plebis, ne secum quidem ipse concors? Hæc Livius. Est nimirum hoc arcanum dominationis Aristocraticæ. Nam plebs postquam gentem adepta est, omnia etiam quæ sunt patriciorum, ut magistratus, sacerdotia, ordines, Imperia & triumphos assequitur: qua ratione patricij Romani plebeijs se mirificè obnoxios fecerunt. Sed enim inquies; ita nonnullas familias nonnunquam ad inopiam delabi. Quin igitur ex publico ærario accipiunt, quantum ad splendorem familiæ opus est? qua liberalitate usus est Augustus erga M. Hortalum Hortensij nepotem, *ne*, ut ait Augustæus scriptor, *clarissima familia extingueretur*. Quod nisi fiat, periculum est ne plures Catilinæ in orationem erumpant, qualis est apud Sallust: *postquam Respubl. in paucorum potentiam jus atq; ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchæ, vectigales esse &c. Cæteri omnes, strenui, boni, nobiles atq; ignobiles, vulgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, his obnoxij, quibus, si Respubl. valeret, formidini essemus.* Quo magis opus est, ut vetustissimis familijs exstinctis, novæ sublegantur; quod sæpenumero Romæ factum est, tum ne summa Reipubl. elapsis temporibus, ad nimis paucos redigatur, tum etiam ne ipsorum patriciorum potentia diminuatur. Quæ res si in Principatu usum habet, quanto magis obtinet in Republica, in qua certæ familiæ principatum obtinent. De Claudio Tac. 11. An: *Iisdem diebus in numerum Patriciorum ascivit Cæsar vetustissimum quemq;, aut quibus clari parentes fuerant: paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant, exhaustis etiam quas Dictator Cæsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegère.* Et olim Romanus ille rex diruta Alba, in patres, ut ea quoque pars Reipub. cresceret, legit Tullios, Servilios, Quintios: quo etiam con-

Vt familijs exstinctis novæ substituantur.

silio

CAP. XXII. filio Cajus, quamvis in principatu quibusdam equitibus, teste Dione lib. 59. laticlavium dedit, id est, spem dignitatis senatoriæ.

CAP. XXII.

Ne alterius quàm vernaculæ linguæ usus sit. Crimen alieni sermonis. Linguæ Germanicæ dignitas. Dæmagogi. Tribuni pleb.

AD autoritatem etiam Reipubl. conservandam permagni interest, ut sanctè observetur & usurpetur lingua vernacula. Valer: 2. cap. 2. *Magistratus*, inquit, *prisci quantopere suam populique Romani majestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendæ gravitatis indicia, illud quoq; magna cum perseverantia custodiebat, ne Græcis unquam, nisi Latinè, responsa darent. quin etiam ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excussâ, per interpretem loqui cogebant; non in urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia & Asia: quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrinæ, sed nulla non in re pallium togæ subjici debere arbitrabantur; indignum esse existimantes, illecebris & suavitati litterarum imperij pondus & autoritatem donari.* Hæc ille. idque Phavorinus dicebat, posse Imperatorem hominibus barbaris civitatem Romanam dare, vocabulis nominibusquè barbaris non posse; quippe *quæ à naturali civium usu, qui ut est in l. 2. D. de usu. autoritate senatus immutari nequit*, vim atque proprietatem accipiunt. Cujus rei Philotam in reatu stantem, & alieno sermone utentem incusat Alexander. *Ecquid videtis odio*

Latinæ linguæ observantia apud Romanos.

Philotas incusatur de contemptu sermonis patrij.

odio etiam sermonis patrij Philotam teneri? solus quippe fastidit eum dicere: sed dicat sanè utcunq; cordi est, dum memineritis æquè illum à nostro more atq; sermone abhorrere. Eodem modo Turcici Impp. majestatem imperij sui ostentant, ut non alia linguâ quam sua vel legatos exterorum Principum audiant, vel ijsdem respondeant. quo etiam pertinet constitutio Imperij, ne in Camera lites alia lingua intendantur, quam Germanica, cujus linguæ, quidquid Ariæmontanus calumniatur, tanta est majestas, tantaque dignitas, ut cum alijs fere omnibus, non tantum de elegantia, verum etiam de exquisitorum verborum circumductione, & periodorum decenti amplitudine atque tractu, certare possit. Quo magis cavendum est, ne in rempublicam inrepant homines loquaces & male diserti, quippe qui veluti litui, animos plebis adversus patricios animant atque incendunt; quales fuerunt olim apud Athenienses Dœmagogi, & apud Romanos tribuni plebis, quorum locum hodie quidam ex ordine sacro [qui pudor est relligionis nostræ] obtinent, veluti Kockisanus ille, cujus concionibus & debacchationibus Georgius à Kunstadt Podibradius regnum Boemiæ invasit. Quò laudabilius, civitates nonnullæ adeò eorum loquacitatem ambitionemque comprimunt, ut ijs nulla ferè alia de re præterquam de morum corruptione, animarumq; salute, publicè verba facere liceat.

CAP. XXIII.

Lingua Germanica.

Litui & tubæ plebis.

CAP. XXIII.

Arcana Dominationis Democraticæ. Ne quis civem Romanum vinctum teneat. Lex Portia. Quiritatio civis Romani. Ut Tribuni sint sacro sancti:

CAP. XXIII.

sancti: ne extra urbem abnoctent. Ut nunquam eorum potestas cesset. Tribunicia potestas. Ne patricij nimis multos lictores habeant.

PORRÒ, nihil minus in hac rerum natura mortale est, quam populus. Itaque haud scio, an populari Reipublicæ arcana dominationis accommodari queant. Ad libertatem tamen ac salutem populi Rom: pertinet edictum illud Consulis Romani: ne quis civem Romanum vinctum teneret, aut clausum, quo minus nominis edendi apud coss. potestas fieret: ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret aut venderet, liberos nepotesque ejus moraretur. Imprimis verò huc pertinet lex illa Portia, qua sancitum fuit: ne cui civem Romanum interficere liceret. adeoque hæc vox, *civis Romanus sum*, multis sæpe in ultimis terris opem inter barbaros tulit & salutem. Hinc Vell: Paterc: *Illud*, inquit, *unum nefariè proditum, quod capitis, non dicam Gracchi, sed civis Romani, precium se daturum, idq; auro repensurum proposuit.* Quare sæpenumero hæc lex renovata est. cujus rei non alia causa fuit, teste Livio lib. 10. quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis poterant. Contra quam legem, cum Cic. cos. Romanus supplicium de hostibus patriæ sumsisset, non injustè in exilium ejectus est. Atque hanc proprie ad dominationem popularem, imò ad jura populi de quib. ago lib. 4. referri oportere, vel ex eo liquet, quod mutata Republica, vim suam & valorem perdidit. Etenim Galba, ut refert Tranquil. cuidam cruci affixo, implorantique leges, & civem Romanum testificanti; quasi solatio, & honore

Ne quis civem Romanum vinctum teneat.

Lex Portia.

Lex Portia propria est dominationis popularis.

honore aliquo pœnam levaturus, mutari, multoq; præter ceteras altiorem, & dealbatam statui crucem jussit. Ceterum Tribuni plebis arcana quædam dominationis suæ usurpasse mihi videntur. primò, quod sacrosancti fuerunt. Canulejus ille apud Liv. lib. 4. *quid tandem est,* inquit, *cur negent se manibus temperaturos, violaturosq; denuncient sacrosanctam potestatem?* Deinde, quod Tribunis extra urbem abnoctare non licuit teste Gellio & Appia: 2. de bell. civ: adeoque ne quidem in continentibus licuit versari diem unum vel noctem unam; ne nimirum populi salus intuta esset, & patriciorum injurijs obnoxia: quo etiam sensu legibus Æduorum ijs, qui summum magistratum obtinebant, excedere ex finibus non licebat, Cæs. de bel. Gall. Tertiò, quod præhendendi potestatem habebant eos, qui plebi injuriam inferebant, eosque in carcerem mittendi, unde appellabantur præsides, atque libertatis pop. Rom. custodes. Quarto, quod creato Dictatore, cum reliquorum magistratuum Jurisdictio cessaret, Tribunus plebis in potestate manebat. Adde, quod Tribunis licuit senatusconsultis intercedere; imò in curia subsellia habere, adeo ut Veturius, teste Plutarcho, morte affectus fuerit, quod Tribuno in forum venienti non cessisset, quo facit illud apud Liv. lib. 3. *Aut plebs non est habenda, aut habendi sunt Tribuni plebis.* Propterea Imperatores, occupato Imperio, momento tribuniciam potestatem usurparunt, quod erat, ut scribit Tac. 3. Annal, *summi fastigij vocabulum.* Quare Augustus eam triginta septem annos continuavit, eandemque à Senatu principibus Juventutis petijt. Hinc Alexand: Impe: apud Lamprid: *Gratias*, inquit, *vobis ago de Cæsareo nomine, de pontificatu maximo, de tribunicia potestate.* Sed & hujus generis est illud: ne in populari statu patricij multos lictores habeant. Liv. lib. 3. *Non pudet lictorum vestrorum majorem prope numerum in foro conspici, quam togatorum alio-*

Sacrosancta potestas.

Ne Tribuni extra urbem pernoctent.

Tribunicia potestas summi fastigij vocabulum.

Nimis multi lictores Patriciorum.

CAP. XXIV. *rumq;.* Hisce etiam similia sunt arcana quædam dominationis tum regiæ, tum Aristocraticæ, quæ huc referri possunt: ut sunt nimiæ clientelæ patriciorum, nimis munita ædificia, & id genus alia: quibus etiam plura ex varijs historijs addi possunt, quod nos identidem aliquando, cum Deo & ætate, faciemus.

CAP. XXIV.

Alia quædam famæ & existimationis obtinendæ, & communia consilia. Romanorum stupenda magnanimitas; externa corporis majestas; magnus animus in rebus adversis.

ILLUD vero studium famæ atque reputationis, ut vocant, plurimum potest in omni republica conservanda. Cujus rei Romani, supra alias gentes, peritissimi fuerunt, & dignissimi admiratione: veluti illud, quod à senatu Rom. decretum est, *ne captivorum octo millia, quæ cladi Cannensi superfuerant, ullo pretio redimerentur.* Ejusdem notæ est illud Cæsaris *non esse consuetudinem pop. Romani, ullam accipere ab homine armato conditionem.* item illa magni animi vox est: *navibus transire Rhenum, neq; sua, neq; populi Romani dignitatis esse.* itaque pontem struxit. Sicut etiam Romanorum magnanimitas in accipiendis muneribus in stuporem conjecit sæpenumero vicinas gentes: qualis fuit Germanici, quod dum Galli, Itali, & Hispani arma, equos, aurum offerebant, laudato eorum studio, armis modo & equis ad bellum sumtis, propriâ pecunia militem juvit: quo facto magnanimitatem illam Philosophi ad vivum expressit.

Rationes occultæ famæ & dignitatis conservandæ.

Magnanimitas Germanici.

Cap. XXIV.

ȣt. Primò equos & arma ſumſit, aurum repudiavit. *Magnanimi enim eſt*, inquit, Ariſtot. Ethic. lib. 4. c. 3. *non tam utiles & fructuoſas res capere, quam egregias & elegantes, & Imperatore dignas.* nimirum equi & arma conveniebant Imperatori; aurum verò plebejo cuidam. Deinde, quod laudato ipſorum ſtudio, & quaſi cum pudore accepit. *Eſt idem magnanimi*, autore Ariſt: *conferre beneficia, ſed cum verecundia accipere.* Unde Liv. lib. 2. *Legatis*, inquit, *gratiæ actæ pro munificentia, curaque. patera, quæ ponderis minimi fuit, accepta.* Ac quidem principem ipſa nonnunquam armat auguſta corporis ſpecies, atque majeſtas; quâ multi deterriti atque obſtupefacti, à cæde, quam deſtinaverant, abſtinuerunt, quemadmodum etiam de Auguſto memoriæ proditum eſt; à cujus facie, cum quidam miles ſe averteret, & interrogaretur ab Auguſto, cur ita faceret; reſpondit. *Quia, Cæſar, fulmen tuorum oculorum ferre non poſſum.* Adeo nihil magis conſervat ſalutem principum, nihilque citius conjuratorum inſidias opprimit, quam ſarta tecta exiſtimatio atque majeſtas. Quod prudenter Tac. 4. Annal. *Ceteris mortalium in eo ſtare conſilia, quid ſibi conducere arbitrentur: Principum diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.* Qualis magnitudo illuxit etiam in illo veterum Germanorum duce ac principe, qui fuſus à Catualda, ad Romanos confugit, Tiberioque ſcripſit, *non ut profugus aut ſupplex, ſed ex memoria veteris fortunæ.* Rebus enim deperditis ſæpe magnus animus fortunam comminiſcitur, atque ab audacia mutuatur. Eadem gravitas fuit Cononis, qui regem, ad quem miſſus erat, adorare noluit, quod teſte Æmylio Probo προσκυνεῖν illi vocabant, ne civitati ſuæ, quæ antea ceteris gentibus imperare conſueverat, notam aliquam inureret. Illa verò animi torpedo atque ſegnities principum latus veluti aperit, qualis ſtupor fuit in Vitellio Imp. cum de Imperio periclitaretur: de quo Tacit. 3. Hiſtor. *Tanta*

Principum una cura fama.

Torpedo Vitellii.

CAP. XXV. *torpedo invaserat animum, ut si Principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse oblivisceretur.* Est enim cordati & magni principis, nihil committere quod ipsius dignitati famæque detrahit, quam animi magnitudinem etiam in Friderico primo notat Gunt: lib. 6.

Ergo pudet, populo, quasi debita, cogar avaro
Solvere, cui magni solvunt indebita reges.

CAP. XXV.

Omnium firmissima dominationis munimenta, pietas & cultus divinus; clementia; nullæ injuriæ; mitis gubernatio. Fati vis in interitu Principum & Rerumpubl.

Pietas & Timor DEI.

CETERUM omnia hæc arcana consilia superat, tum clementia eorum qui imperant, tum pietas & cultus divinus, ut est in veteri Vaticinio C. Martij antiqui vatis.

Hæc si faxitis, recte gaudebitis semper,
Atque ideo fiet melior Respublica vestra.
Nam is Dius vestros perduelles stinguet ad unum,
Qui vestros campos placidè nunc ruraq; pascunt.

Ubi enim nimijs vectigalibus alijsque pensionibus onerantur cives, ibi conjurationes in caput Principis iniri oportet. Id est quod monuit Pisonem Galba. *Cogita.* inquit, *quid aut nolueris sub alio Principe, aut volueris.* & Mecœnas ille apud Dionem. *Nulla in re laberis, si ea ipsa libenter feceris, quæ velles alium facere, si ejus imperio subjectus esses.* Quare nemo temere injuria afficiendus

Injurijs neminem afficere.

est:

est; quin potius imperandi auspicium à clementia fieri debet, ut recte Augustum monuit Livia. In quo prudenter Germanicus, qui, Cappadociâ in formulam provinciæ redacta, quædam ex regijs tributis deminuit, *quo*, ut ait Tacit. *mitius Romanum Imperium speraretur.* id quod imprimis observare debent illi, qui noviter Imperium occuparunt: de quo idem Tacit arguit Mithridatem, *eum atrociorem fuisse, quam novo regno conduceret.* Mihi corollarij instar erit illa Salustij ad Cæsarem Oratio auro magis aurea: *Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna arbitror; neque quenquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat. Eam vitam, bellum æternum, & anceps gerere: quoniam neq; adversus, neque à tergo, aut lateribus tutus sis, semper in metu aut periculo agites.* Quid, quod hujuscemodi humanæ cogitationes & arcana consilia, sæpenumero turpiter fallunt, & in fumum eunt?

CAP. XXV. Clementia.

Fati vis, seu potius immortalis Dei decretum, in Principum & Rerump. interitu.

Usq; adeo, ut canit elegantissimus Lucretius, *res humanas vis abdita quædam*

Obterit, & pulcros fasces, sævasq; secures
Proculcare, ac ludibrio sibi habere videtur.

FINIS
LIBRI TERTII.

ARNOL.

ARNOLDI CLAPMARII DE ARCANIS RERUMPUBLICARUM LIBER QUARTUS

CAP. I.

DIVERSITAS Juris publici & privati. In illo magis dominatus vis & salus populi quam æquitas. Jus humanum. Jus belli. Belli commercia. Militaris Jurisdictionis summa lex pecunia. Quomodo Juri dominationis reliqua cedant jura.

CAP. I.

Iura publica ex privato promiscuè decidi non debent.

QUI publica negotia, quęve ad regna & populos spectant, promiscue ex jure civili ac privato ponderant atque decidunt, næ illi mihi perperam facere videntur; idque duabus imprimis de causis: quarum prima est rei diversitas, atque dignitas. A causis privatorum pendet unius atq; alterius salus: á causis publicis populi, respublicæ,

Diversitas juris publici & privati.

blicæ, imò aliquot regna, quæ respectu rerum privatarum, *quæ*, teste gravissimo scriptore, *semper offecêre officientq; publicis negotijs*, minimè consideranda sunt. Hinc Poeta de arte Poetic:

Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis.

Non attenuo eorum studium, qui de jure belli, de fœderibus, de legationibus, de magistratu, de imperio, non solum ex historijs & jure publico disputant, sed etiam ex jure privato.

Scimus & hanc veniam, canit Poeta, *petimusq; damusq; vicissim:*
Sed non ut placidis coeant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Deinde, quod in publicis parva, imò nonnunquam nulla habetur ratio juris privati; quippe in quibus dominantur privilegia, fœdera, vis armorum, militum, pecuniæ. Adde quod obscuritas rerum privatarum, quæ teste Cicerone 2. de Orator, multo sæpe obscuriores sunt quam publicæ: sicut &, ut Ulpianus vocat, judicialis illa subtilitas in publica negotia minimè cadit. Hinc factum est ut, regni causa, juri civili multis modis abrogatum sit, juxta illud, salus populi summa lex esto; neque hoc sine ratione aut exemplo. Cum enim neque jus naturæ, sive gentium &, ut Tacit. appellat, jus humanum, neque jus civile pro sua angustia omnibus temporibus accommodari posset, hinc evenit, ut ingruentibus bellis, juri civili, tum propter superbiam pervicaciamquam civium, tum etiam propter militum sævitiam, detractum fuerit, novumque Jus constitutum. quod appellatum est jus belli: quemadmodum apud Liv. lib. 5. Camillus, *sunt*, inquit, *pacis, ita & belli jura, justeq; ea non minus, quam fortiter gerere didicimus.* & Tac. lib. 3. Hist. Sabini cæde diremta belli commercia, & Poeta in Cyr:

At belli saltem captivam lege necasses.

In publicis negotijs magis dominatur vis, quam æquitas.

Obscuritas Iuris privati.

Iuris publici summa ratio, Ius populi.

Ius humanum.

Ius belli.

Belli commertia.

CAP. II. Hinc Curt: lib. 9. de gest. Alex: adeo etiam naturæ jura bellum in contrarium mutat. Unde jura militaria atrociora sunt paganorum l. 5. §. 1. D. de re milit: quo tempore sæpissimè, quæ iniqua sunt belli calamitas introducit, ut ait Justinian. in l. unic: C. de caduc, toll. Quippe præfecti militares sæpe non tam jus & æquum in cognitionibus, quam magnitudinem spectant pecuniarum; quæ, ut Mucianus dicebat, bellorum nervi sunt: quæ tamen restituta pace iterum abolentur. d. l. C. de Cad. toll. Atque ita ea usurpantur quæ contraria sunt juri civili, fiuntque, ut ait Tacit. 1. Annal. bono magis exemplo quam concesso jure. Cujus rei exempla sunt multa in ipso jure civili, ut testantur interpretes ad l. 1. D. de offic. Procos. idque Julianus ait in l. 51. D. ad leg. Aquil. *multa jure civili contra rationem disputandi, pro utilitate communi, recepta esse, idq; innumerabilibus rebus probari posse:* id quoque vult Seneca in Epist. *JCtorum responsa valere, etiamsi ratio non reddatur:* ut Ulpian: *quamvis*, inquit, *id perquam durum est, tamen lex scripta est.* Sicut igitur jus naturæ corrigitur à jure gentium, jus gentium à jure militari, jus militare à jure legationis, jus legationis à jure civili: ita hoc jus civile iterum corrigitur, sibique veluti frænum injici patitur, à jure quod appello Regni sive dominationis. cujus naturam describit Cicero, cum ait pro Rabir. Post. *Regum autem sunt hæc Imperia: animadverte & dicto pare, & præter rogitatum si querare; & illæ minæ: si te secundo lumine hîc offendero, moriêre.*

Iniquitas Iuris belli.

Militaris Iurisdictionis summa ratio, pecunia.

Iuri dominationis omnia cedunt jura.

CAP. II.

Jus dominationis quaduplicitér appelletur. Vis potestatis, vis regni, vis Imperij, vis Principis.

ἐπικόρ-

ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου, ragion de stato. exceptiones regiæ, jura exorbitantia, dispensationes, juris hujus definitio. Boni publici cura apud Deum & homines. Magnorum heroum dicta. CAP. II.

Quod jus dominationis variè appellatur. Cicero in Epist. ad Q. Frat. vocat *vim potestatis.* *Ut remoto*, inquit, *Imperio, ac vi potestatis & fascium, publicanos cum Græcis gratia & autoritate conjungas.* Curtius interdum *Jus regni.* Attius vim Imperij: *neque*, inquit, *fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint Imperij.* Tacit nonnunquam *vim Principis*, alij, id quod de jure regni licet. Aristot δίκαιόν πολιτικὸν item δυναστευτικὴν, lib. 2. Polit. c. 8. & 5. Polit ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου. & alibi. πανβασιλείαν. Itali, *Ragione di dominio, di Signoria, di regno d' Imperio*, & omnium elegantissime, *ragiona mente di stato.* JCti appellant nunc exceptiones regias, nunc restrictiones, nunc jura exorbitantia, quod ab orbita, hoc est, lata & communi via divertant, nunc dispensationes, nunc limitatoriam dispositionem, nunc leges limitatorias, hoc est, quæ à regulis Juris communibus recedunt, legibusque derogant. Id enim Ciceroni est limitare, ut in Epist. ad App: Pulc: *De tua prolixa beneficaq; natura limitabit aliquid posterior annus.* item jura de quibus nemini, excepto principe, disponere licet. Est autem tale, quo nihil excelsius, nihilve augustius in hac humana societate excogitari potest, secundum eam, quæ est omnium princeps, quæ dicitur lex,

Vis potestatis.

Vis Imperij.

ἐπανόρθωμα, νομίμου δικαίου, πανβασιλεία,

Ragion di Stato.

Limitatoriæ dispositiones.

Limitare.

Majestas juris dominationis.

CAP. II.

sive jussum, immortalis Dei. Hujus enim Princeps veluti vicarius est atque beneficiarius, unde Horat. lib. 3. Carm. od 1.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis.

Et Gunth. lib. 6. *Nullum caput ista super se*
Aspicit, excepto cœlorum rege, potestas.

Definitur jus dominationis.

Quare sic definio, esse supremum quoddam jus, sive privilegium, bono publico introductum, contra jus commune sive ordinarium; sed tamen à lege divina non alienum, atque est jus veluti legitimæ Tyrannidis: sive, ut Alciat. definit, est juris communis quædam relaxatio, sive correctio, quod privilegium dici potest: quod quamvis ibi de privatis intelligitur, tamen huc accommodari potest. Sicut enim aliâs privilegia, in jure civili sunt correctio legis, circa unius atque alterius commodum: ita jura dominationis sunt correctio legum circa salutem & commodum multorum; hoc est, & ipsius principis, & civium. Addo boni publici causa, cujus tam sancta tamque antiqua ratio haberi debet: cui omnia jura adeoque ipse princeps cedere debet. Quemadmodum Otto Imperator mortem elegit potius, quam ut pateretur tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus sterni rursum & reipubl. eripi, ut refert Tacitus. *Noluit nimirum*, ut scribit Sueton, *tanto rerum hominumq; periculo sibi dominationem asserere.* quæ etiam causa traditur, propter quam Carolus rex in pugna à Montfortio superatus est; quod id plerique, teste Frossardo, credebant ex compacto factum, quod aliâ ratione finis imponi bello non potuisset. sed cur ego de mortalibus solis agam? Inspice sis, summi atque immortalis Dei actiones atque consilia, an non eadem sunt? Quid? an non filium suum unicum & innocentissimum neci dedit boni publici causa, id est, propter salutem humani generis; secundum illud Caiphæ Joann. cap. 8. *Expedit hominem mori pro populo.*

Cura boni publici apud Deum & homines.

populo. de quo tamen exemplo, alijsque id genus, quod μυςικώτερα sunt, & supra captum humanum, reverenter & sobriè sentiendum est: quemadmodum & de illo Moisis. *Dele me potius ex libro vitæ, & populo peccatum condona.* quam vocem hac ætate nostra, bellicosissimus atque incomparabilis Rex protulisse fertur; se pro salute populi vel ad infernos iturum. Magna vox, dij immortalis! neque facile ex nostro ingenio metienda, neq; imitanda facile: Rectè Non; Pedo.

Magnorum heroum dicta & facta nō facilè imitanda.

Non eadem, vulgusq; decent, & culmina rerum.

CAP. III.

Qua in re differant jura dominationis ab arcanis dominationis. Disjunctio honestatis & utilitatis. Inter jus dominationis, & jus Imperij quid intersit. Jus in manu positum, ἐν χειρὸς νόμῳ; manu gubernare; manu agere, manu obtendere, ἐγχειρίζειν τὰς ἐπαρχίας.

HÆC jura dominationis plerique adeo ad arcana Rerumpubl. referunt, ut cum arcanis dominationis confundant. Qui, ut in primo rectè sentiunt, ita in altero aberrant. Sane sunt hæc jura dominationis occulta consilia atque privilegia salutis principum rerumque publicarum conservandæ; non sunt tamen ea quæ appellavimus dominationis arcana. Primum enim, jura Dominationis sunt, quæ de regni jure licent; quorum ple-

Iura dominationis differunt ab arcanis dominationis.

CAP. III.

Speciosa iniquitas juris dominationis.

raque sunt contra jus commune, ac, nescio quam iniquitatis atque injusticiæ speciem præ se ferunt, ut sunt supplicio non damnatum afficere, aliorum regna invadere: ceterum in rem & salutem fiunt principis, reique publicæ, Et disjunguntur hæc nonnunquam, invito etiam quovis in Republ. viro bono, honestas scilicet & salus Reipubl. ut in illo Taciti de Galba. *accessit Galbæ vox, pro Republ. honesta, ipsi anceps; legi à se militem, non emi:* Nam in hac materia, non tam jus, quam utilitas publica respicitur, de quo Livius lib. 3. *Neq; suum cuiq; jus modum faciebat, sed virium spe, & manu obtinendum erat, quod intenderes.* Arcana vero dominationis neque fiunt contra jus commune, etsi maximè fiant, non tamen hujuscemodi speciem injusticiæ habent. Deinde, arcana dominationis proprie & pleraque sunt de facto aliorum; ut ne cui liceat prætorianos publice alloqui, aut castellum aliquod munitum ingredi: Jura vero dominationis sunt de facto principis. Hæc sunt quæ Principi licent, & ijs qui in Repub. principatum obtinent: illa verò, quæ alijs non licent; ut ex: gratia. arcanum dominationis est, ne quis senatorum aut illustrium virorum nimio favore apud milites crescat: jus Dominationis est eundem frangere, alasque incidere, ne quid turbet. Quin hæc ita distingui, & subtiliter discerni debeant, mihi dubium non est. Sed enim, inquiunt alij: hæc jura dominationis comprehendi sub jure, quod dicitur, Imperij. Haud id quidem absurdè, ceterum ita comprehenduntur, ut jus dominationis, ex jure imperij natum sit atque profectum. Diximus enim jus Imperij, sive Majestatis, in duobus imprimis consistere; & ut Princeps sit legibus solutus, & ut alijs leges ponat. Jus itaque hoc dominationis est restrictio quædam earum legum quibus solutus est, earumque limitatio: non enim omnibus solutus est. Deinde, jus Imperij nihil iniqui habet, sed cum summa æquitate conjun-

In publicis negocijs, honestas cedit utilitati.

Iura Dominationis, sunt de facto Principis.

Arcana dominationis, de facto civium.

Ius dominationis, & jus Imperij, ut differant.

ctum

ctum est. Deinde juris Imperij usus propriè est in pacata & tranquilla Repub: at vero juris dominationis in violenta ac seditiosa, in qua jus in manu est positum, ἢ ἐν χειρὸς νόμῳ, ut loquuntur Græci. Unde Pompon: *manu omnia gubernare.* & Tac. in vita Agr. *manu agere,* & Livius *manu obtendere*; græci eleganter ἐγχειρίζειν τὰς ἐπαρχίας: quo tempore multa fiunt, fieriq; oportet contra Jus commune, vel ipso Aristot. teste in Polit: unde Livius lib. 2. *Discordiæ intestinæ, & bellum externum fecêre, ut hoc magistratu opus esset.* ut nunc taceam, quod jura Imperij sint generalia, jura dominationis specialia, & in hypothesi pro forma reipub. consideranda: Quæ quidem omnia mihi sic discernere libet, ne sit veluti ἄτερος ὄχλος.

Ius in manu positum.

ἐγχειρίζειν τὰς ἐπαρχίας.

CAP. IV.

Quare tantopere hæc jura dominationis vapulent; & an merito? Iniquitas bono publico rependitur; & ponuntur limites sive possessiones hujus Juris, relligio, & fides: item Quotuplicia sint hæc jura.

QUARE frustra sunt, ac nimis superstitiosi, qui hæc jura tantopere detestantur atque damnant. Vere & rectè Nicephorus: *Ij, qui in una Dei cognitione omnes cogitationes ponunt, huic montes & speluncæ conveniunt; at qui cum virtute & pietate civilem etiam vivendi rationem edidicit, & noticiam sibi comparavit rerum variarum; ille vero populum ad optima ducere*

CAP. IV. *ducere idoneus est.* Ac primum dum omnium ita comparatum est, ut rarissimè, imo nunquam, Politiam aliquam Platonicam repperias: quin potius pleræque sunt turbulentæ, vel saltem minus compositæ, in quibus omnia exactè & ad unguem agere extremæ dementiæ est.

Respub. pleræque minus compositæ.

Catonis studium adversus publicanos.

Cato vir prudens & gravis, ut fuit, ita dum nimium præfractè ærarium atque vectigalia defendit, inque omnibus ferè publicanis adversaretur, in multis socijs, equites à senatu alienavit, & discordem imò bicipitem Rempub. fecit: de quo conqueritur toties ipse Cicero. Sic Pompejus, autore Tacito, *censor factus, dum nimis severè vulgi mores inquirit, & graviora remedia, quam delicta erant, inducit; ea quæ armis tuebatur, armis amisit:* Quin potius hujusscemodi morbi pro valetudine Reipub. curandi sunt: quod Tacitus pulcre notat in Galba, qui dum nimium honestatis retinens esse studebat, seq; & rempubl. multum afflixit: itaque addit *neque ad hanc formam cetera erant.* Deinde, species illa iniquitatis, quam insipidi illi olfaciunt, sed devorare atque concoquere nequeunt, revera iniquitas non est, & si sit, publico bono recompensatur. Quid? quod legum iniquitates & incommoda sola consectantur, omisso jure & utilitate? Mihi vero sempiterna lex erit, cujus iniquitates utilitate leviores sunt. Atque est aureum illud, ne dicam divinum effatum Corn. Taciti. *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur,* & illud Plutarchi: *à Justicia in parvis rebus nonnunquam abeas, si salvam eam voles in magnis.* & illud Nervæ, *æque malum esse principem, sub quo omnia liceat, quam sub quo nihil.* & Catonis, *Nulla lex satis commoda est, id modo quæritur, si majori parti, & in summa prodest.* Postremò minimè contradicunt hæc jura legi divinæ, ceteroquin non essent jura, sed flagitia. Sicut enim jura belli, jura fisci, jura Reipub, legationis, suos certos habent terminos, è quibus si evagantur, non amplius

Iniquitas hujus juris bono publico recompensatur.

Omnes leges bonæ sunt, quæ in summa prosunt.

plius jura ſunt, ſed ſumma injuſticia: ut ſi fiſcus omnia rapiat, ſi naturæ vis inferatur, ſi ſpeciè legationis & Reipub. inſidiæ ſtruantur, jus gentium ac divinum violetur: ſic etiam Jura dominationis ſuos certos habent limites, è quibus ſi excurrunt, & in vitiorum confinia atque poſſeſſiones involant, non amplius jura ſunt, ſed ſcelera, ſed, ut Tac. appellat, *dominationis flagitia:* quale, præter cetera, eſt illud Ammiani lib. 14. *Quicquid Cæſaris implacabilitati ſediſſet, id veluti fas jusque perpenſum urgebatur.* Quid enim? Jus hoc ſit? Imo eſt extrema quædam immanitas atque Tyrannis, ne quis me injuſticiæ patrocinari putet. Quare duo ſepimenta, ſive terminos huic juri ſtatuo: Divinum numen, ſive Relligionem; & fidem ſive pudorem. Quæ ſi integra maneant, nihil prohibet, nonnunquam à communi jure recedere, pacis ac quietis cauſa. Ceterum non ſolum huic juri locus eſt in Principatu, verum etiam in alijs Rebuspubl. Quarum cum tres potiſſimum ſint ſpecies, totidem etiam Jura conſtituenda ſunt: veluti ſunt jura dominationis regiæ, Jura dominationis Ariſtocraticæ, & jura dominationis popularis; quæ tamen in plerisque concurrunt.

Limites & termini hujus juris.

Relligio.

Fides.

Triplicia dominationum Iura.

CAP. V.

Jura dominationis regiæ, quæ & qualia ſint. Aperitio, & jus Aſylorum.

PRIMUM ergo, jura dominationis regiæ ſunt, quæ principi licent contra jus ordinarium; tum conſervandæ augendæque Reipublicæ, tum ipſius ſecuritatis cauſa. Quibus in recenſendis primo loco ſeſe mihi offert aperitio Aſylorum, in quibus recipiebantur, ut refert Plutarchus, omnium ordinum homines; nec ſervus domino, nec creditoribus reddebantur noxij,

Aſyla.

CAP. V.

noxij, nec magistratibus criminosi: Nam hæc tria hominum genera ad Asyla confugiebant: quod etiam notat Tac. 3. Annal. *Complebantur templa pessimis servitiorum, eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectiq; capitalium criminum receptabantur.* In quo valde vapulat Romulus. Ideo Satyricus appellat infame Asylum, & Augustinus facinorosorum domus, alij durius: Qui quantum nimia pietate, nolo enim dicere superstitione excellere cupiunt, tanto ego illis Reipubl. communisque salutis amantior videri volo, & quantum illi de civili jure atque æquitate dimicant, tantum mihi de salute populorum atque incolumitate libet decertare. Etenim Romulus, & laudabiliter, & pro dominatione sua fecisse dicendus est. Non enim modo Romanam Rempubl. civibus locupletavit, verum etiam alias civitates, quæ erga ipsum hostili erant animo, eujuscemodi ferocibus hominibus deoneravit, sibique devinxit; quæ non exigua jacti tanti fundamenti pars fuit. Quid? quod ipse Moyses Asylum aperuit Num. 35. *De urbibus quas dabitis Levitis, erunt sex urbes refugij, quas dabitis, ut fugiat illic homicida.* & Deuter. 26. *Ne trade servum domino suo, qui ad te confugit:* idque aliæ gentes secutæ sunt, ut de Theseo refert Plutar: & Senon ille apud Cæsar: de bell. Gal. *Ut primum defecerat Gallia, collectis undiq; perditis hominibus, servis ad libertatem vocatis, exulibus omnium civitatum receptis, latrociniis impedimenta & commeatus Romanorum intercepit.* Illa autem ratio videtur magni momenti esse, quod non tantum Rempubl. suam hisce gentibus roboravit, verum etiam inconditam multitudinem honestis legibus ad societatem civilem traxit atque composuit: adeoque, ut de Orpheo Poeta: *placitis hominum, fera corda mitigavit,*

Ius & utilitas Asylorum.

Asylum Moisis.

Doctaq; vitam voce temperavit,
Justiciam docuit, cœtu quoque congregavit uno,
Moresq; agrestes expolivit Orpheus.

Quo tamen jure Alexander, ceteroquin ſui juris non negligens, non eſt uſus. Nam exſtructa Alexandria captivos, quos incolas novæ urbi dedit, liberavit, ſed reddito pretio dominis, Curt: lib. 7. CAP. VI.

CAP. VI.

Statuæ Imperatorum. Aræ. Ædes ſacræ, Eccleſia. Jura civitatis & ordinis dare victis hoſtibus. Aſylorum abuſus.

QUIN etiam circa ſtatuas Imperatorum idem jus fuit, cum, ut miſeris perfugium eſſent, tum etiam ut eo venerabiliores ſanctioresque viderentur principes. Itaque in honorem Cæſaris edixere Duumviri, inquit Dion, μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ, μήτε ἀνδρηλατεῖσθαι, μήτε συλᾶσθαι, ὅπερ οὐδενὶ, οὐδὲ τῶν θεῶν, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ Ρομύλου γενομένων ἐδεδώκεσαν, *ne quis qui in templum D. Julij impunitatis cauſa confugiſſet, inde extrudi vel abripi poſſet, quod nemini Deorum conceſſum, exceptis ijs quæ ad Romuli Aſylum pertinent.* Hæc Dion. Templum D. Iulij. Nec ſolum hoc jus ſtatuarum fuit, verum etiam imaginum principalium: idque Philoſtrat. Ius ſtatuarum. Scribit lib. 1. de vita Apoll. *impietatis damnatum quendam fuiſſe, quod ſervum ſuum verberaſſet, qui drachmam argenteam Tiberij imagine ſignatam geſtabat.* Sed & ad aras confugiebant. Plautus *Ego interim hanc arã occupabo.* & Virgil. 2. Æneid. *Ingens ara fuit &c.* Ius aræ.

Hic Hecuba, & natæ ne quicquam altaria circum
Præcipites, atrâ ceu tempeſtate columbæ,
Condenſæ & divûm amplexæ ſimulacra tenebant.

& poſtea: *hæc ara tuebitur omnes.*

Ceterum hæc miſerorum perfugia, quæ hoc jure nitun-

CAP. VI. Abusus hujus Iuris.

tur, in abusum trahi non oportet. Quocirca Tiberius nimiam licentiam & impunitatem circa Asyla abrogavit. & laudabilis est constitutio in l. unic. C. De his qui ad stat: conf: *Qui ad statuas, vel vitandi metus, vel creandæ invidiæ causa confugiunt; si certas habuerint causas, quibus confugere ad Imperatoria simulacra debuerint, jure ac LL. vindicentur: sin verò probati fuerint artibus suis invidiam creare voluisse, ultrix in eos sententia proferatur.* & Callist: in l. 28. § 7. D. de pænis. Eum qui imaginem Cæsaris in invidiam alterius prætulisset, in vincla publica coerceri, D. Pius rescripsit. Idem circa Ecclesiam jus est. l. 2. C. De his qui ad Eccl. conf: nec tamen promiscue ad alias domos referendum est: ideoque Pompejus ille Columna Salernitano Principi summa familiaritate sibi conjuncto, tanquam reo læsæ majestatis comminatus est, nisi extemplò maleficum hominem ad carcerem statuisset, qui è manibus præfecti vigilum elapsus, tanquam ad Asylum in domum ejus perfugerat? Sed de Jure Asylorum & Ecclesiæ, quibus indulgendum sit & quomodo, vide alios. Non enim libet actum agere, & quæ nimis vulgaria sunt, recoquere. Porrò quo jure Asyla aperta sunt, eodem Reges Imperatoresque gentib. hostilibus jura civitatis & ordinis dederunt, contradicente quamvis Senatu. De Anco Livius lib. 1. *Ancus secutus morem regum primorum, qui rem Romanam auxerant, hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit.* & Claudius Imp: in pulcerrima de hac ipsa re oratione apud Tac. 11. Annal. *Quid aliud exitio Lacedæmonijs fuit atq; Atheniensibus, quanquam armis pollebant, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus tantum sapientiâ valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit,* & ibid: *Jam moribus, artibus, affinitatibus, nostris mixti aurum & opes suas inferant potius, quam separati habeant,* prorsus ad sapientiam sacram 14. Proverb: *Ex multitudine populi*

Ius Ecclesiæ.

Iura ordinis hostibus dare.

populi, apparet magnitudo regis, & ex inopia infirmitas principis. Repperio etiam occultiorem causam; ne senatus ex solis Romanis constaret; sed interessent etiam, qui & natura magis obsequiosi essent, & principi devincti. Id ait Tac. 3 Annal. *Simul novi homines è municipijs & colonijs, atq; etiam provincijs, in senatum crebro assumti, domesticam parsimoniam intulerunt.* CAP. VII.

CAP. VII.

Raptus Sabinarum Virginum. vis necessitatis. Repulsa. Castrensis Jurisdictio fori expers. Reipublicæ αὐτάρκεια.

RAPTUS etiam Sabinarum virginum ex hoc jure defenditur. Neque enim hic audio Theologorum, Philosophorumq; voces; profanatum jus divinum; violatum jus gentium; ruptum jus hospitij. Age enim, quo ore, qua fiducia, petentibus Romanis matrimonia negarunt finitimi? nisi quod rati sunt hac ratione deletum iri gentem omnium nationum fortissimam atque bellicosissimam. Quare factum bene quod Romulus prævortit, artemque ut dicitur, delusit arte. At dices ex Jurisconsultorum aditis: judicio peti oportuit. ita enim ait Paulus JCtus l. 176. D. De Reg. jur: *non esse singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi.* Te vero ineptum! ne quid fortius dicam. Nimirum cum armato & feroci populo, imò cum publico hoste, judicio experiundum erat? Ac tamen Romani pacificè & missis legationibus petierunt: sed cum repulsa; qua, ut quidam Poeta Græcus ait, viro magno nihil acerbius accidit. Ideo Lycus ille apud Senec. in Herc. fur:

ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλωπεκα.

CAP. VII.

Non equidem reor
Fore ut recuset, ac meos spernat thoros,
Quod si impotenti pertinax animo abnuet,
Stat tollere omnem penitus Herculeam domum.
Invidia fastum ac sermo popularis premet.

Quare ni maluisset populus Rom. Rempubl. juxta atque seipsum ire perditum, necessitate adductus, quod bono titulo nequivit, extra ordinem adeptus est. ita enim Poeta: *raptas sine more Sabinas:* idque ait Seneca De clementia lib. 9. *Necessitas magnum imbellicitatis humanæ patrocinium, omnem legem frangit.* & Valer. lib. 7. c. 6. *Abominandæ necessitatis amarissimæ leges & truculentissima Imperia, tum urbem nostram, tum etiam exteras gentes, multa non intellectu tantum, sed etiam auditu gravia perpeti coegerunt.* Et quidem necessitatis exempla sunt in ipso jure civili, ut in l. 2. C. de patr. qui fil. suos distr. l. 7. D. de admin. & per. tut. & in alijs: Et hæc omnia Romulus summus Nomothetes publicæ utilitatis causa usurpavit; ne civibus destitueretur Respubl. Ea est enim necessitatis vis, ea dignitas, ut sæpe rei non licitæ jus & æquum tribuat. Quamvis quomodo hoc illicitum fuit, contra fraudulentos homines, & capitales inimicos, sui conservandi causa nonnihil exorbitare, &, ut dicitur, manu agere; cum primis Romanos, qui erant homines militares. *Credunt pleriq;,* inquit Tacit in vita Agric. *militaribus ingenijs subtilitatem deesse; quia castrensis Jurisdictio secura & obtusior, & plura manu agens, calliditatem fori non exerceat.* Et ne quidem ipsæ raptæ admodum ægrè tulerunt cum fortissimis viris conjungi. *Accedebant,* inquit venustè Livius, *blanditiæ virorum, factum purgantium cupiditate atq; amore; quæ maximè ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.* Unde mos mansit apud Rom: rapiendi virginem ex gremio matris, cum ad virum ducitur. Ceterum cessante necessitate, nefas erit: & regulariter raptus virginum capitis supplicio puniuntur. l. unica. C. D. rapt. Virg. seu Vid.

Vis necessitatis.

Civium multitudo pertinet ad αὐτάρκειαν Reipubl.

Militaris jurisdictio minus subditis.

Pœna raptus.

Fra-

CAP. VIII.

Fratris filiam in uxorem ducere. Imperator fons ac caput juris Civilis. Matrimonium cum fratris filia juri civili non repugnat. Princeps profanus.

Mortua Messalina Claudij Imperatoris uxore, consilium habitum est à tribus in aula Imperatoris potentissimis libertis, de secundis nuptijs Imperatori viduo conciliandis. Narcissus favebat Æliæ Pætinæ: Pallas Juliæ Agrippinæ, Germanici, id est, fratris Imperatoris filiæ: Callistus Lolliæ Paulinæ, Lollij consularis filiæ. *At Pallas*, inquit Historicus, *id maximè in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret, dignum prorsus imperatoria fortuna, stirpem nobilem & familiæ Claudiæ, quæ posteros conjungeret; ne fœmina experta fœcunditatis integram claritudinem Cæsarum aliam in domum ferret.* Itaque ejus sententia prævaluit. Sed enim dices, quo jure? Imò vero optimo, hoc est, jure hoc regni, sive dominationis. Primum enim Agrippina erat ex domo Augusta; quæ si alij nuberet, periculum erat, ne is Imperio Claudij insidias strueret, fretus hoc conjugio cum nepte Imperatoris. *Est enim fœmina*, ut ait Plin: in Epist. *interdum pestis generis humani.* Quo etiam nomine Ruffus Crispinus in exilium pulsus est, invisus Neroni, quod Poppæam quondam matrimonio tenuerat, Tac. 5. Annal. Et Asinius suspectus fuit Tiberio, tanquam ducta in matrimonium Vipsania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberij uxor fuerat, plus quam civilia agitaret. Deinde, quod nefas erat Augustæ domus splendorem in aliam familiam transferri. id enim dedignatio-

Claudij Imp. matrimonium cum fratris filia.

nem

CAP. VIII.
Principum dignitas posita est in splendidis nuptijs.

nem aliquam & contemtum Cæsaribus inlaturum erat, quod testatur Tacit. 5. Annal. Romanam Rempubl. in luctu fuisse, *quod Julia Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupserat in domum Rubellij Blandi, cujus avum Tiburtem equitem Rom. plerique meminerant.* Adde, quod erat expertæ fœcunditatis, sive ut cum Varrone loquar, nondum erat exparta. Ceterum expediebat tum Reipubl: tum ipsi principi, heredes nasci, de quo vide quæ dixi supra. Ac ne mihi quis opponat jus divinum: ut ut enim hoc sit, Romani tamen respectu suæ sectæ, ut Galenus alicubi tradit, adeoque pro relligione sua, tum in his. tum in alijs excusationem mererentur. Juri enim Civili non repugnat. ut rectè ex Ulpiani fragmentis tradit Cujac. lib. 13. obser. multo minus juri gentium. At enim, inquit prudens scriptor, *nova nobis in fratrum filias conjugia, sed alijs gentibus solennia.* Et si maxime sit contra jus civile, Claudius juri huic, cujus ipse velut fons erat ac caput, opposuit bonum publicum; id quod latè patebat, adeoque tunc temporis totum fermè complectebatur terrarum orbem. Quin etiam aliâs in ipso jure civili, propter excellentiam personæ à regula generali receditur l. 2. C. De sentent ex per: recit: sicut & plura illustribus personis conceduntur quam inferioribus l. 17. C. De Dignit: Ut taceam nunc dispensationes Pontificum super hac re, ut videre est in libro Taxarum Pœnitent: Apost: At enimvero quod de Ptolomæo Alexandro, Heraclio, nonnulli afferunt, frustra sunt; quippe qui libidinis saltem explendæ hujuscemodi matrimonia affectarunt, non tranquillitatis publicæ conservandæ. Quare posteriores principes constituta pœnâ, hasce nuptias prohibuerunt, adeoque hodie regulariter nullam ex tertio gradu uxorem ducere licet, l. 17. C. De nupt. & l. ult. C. De incest. nupt: Neque enim illud probo, quod peculiari SCto in exemplum raptum est. Nam, ut ait JCtus in l. 14. D. De LL. *quod contra ratio-*

Princeps fons & caput legum.

nem

nem juris receptum est, non est producendum ad consequentias: tametsi ideo factum est, ut puto, ne princeps videretur incestum committere, adeoque populus sperneret Imperium profani principis; quod Seneca exprobravit Neroni, ut refert Tac. 14. Annal. *pervulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos profani principis Imperium:* & vel hanc ob causam, ne heredes, ejus & Imperij, ex nefarijs nuptijs dicerentur nati: id quod Princeps ille Waldensis dicebat, filium illegitimum non oportere occupare regnum, fieri hoc pessimo exemplo, & præjudicio cæterorum regum ac principum, ut est apud Frossard: Et Pompejus ille Columna Julium Medicæum Pontificem fieri noluit, indignum ratus eum Christiano orbi & sacrosanctis ceremonijs patrum judicio præfici, qui parum certa, neque propalam legitimâ Juliani patris uxore natus esse diceretur, Jovius in vita Pomp: Colum:

CAP. IX. Iura dominationis strictè accipienda.

Profanus princeps.

CAP. IX.

Ne fœmina ex augusta domo pro arbitrio nubat. Matrimoniorum cura in principibus. Via per matrimonia ad Imperium.

MATRIMONIORUM magnorum Principum maxima cura est, atq; esse debet, quod exinde & bella oriuntur, & rursum desinunt; quemadmodum Frossardus venustè dixit, *magnorum ducum bella comicos habere exitus.* Quæ causa est, quare cum aliâs matrimonia libera esse debeant, id mutet in fœminis Augustis. Etenim Agrippina vidua Germanici fœmina potentiæ avidissima; (quæ cum liberius quiddam questa esset. Tiberius manu appræhensa, græcoq; versu εἰ μὴ, inquit, κρατεῖς τεκνίον ὑβρίζεσθαι δοκεῖς; ita

Principum cura circa matrimonia.

CAP. IX.

enim Canterus conjicit fuisse verba illius, quod Sueton: refert, *Si non dominaris filiola, injuriam te accepisse existimas?*) hæc igitur Agrippina maritum petebat, sed Tiberio negante, *non ignaro*, ut ait Tacitus, *quantum ex Republ. peteretur.* Est hoc jus dominationis & juri communi contrarium, adeo ut ex DD. Sententiâ, lex sive statutum, prohibens matrimonium contra jus naturale, non valeat. Verumenimvero Cæsar metuebat, ne is cui fœmina, & à favore vulgi, & à familia potens nuberet, res novas adversus se moliretur, sibique imperium extorqueret, accedente uxorio animo dominandi avidissimo. Hinc Seneca in Octav:

Quantum valeant matrimonia ad occupanda imperia.

Mactata soceri concidit thalamis gener
Victima, tuis ne fieret hymenæis potens.

& Afranius, *Uxorem quære firmamentum familiæ. Est enim*, ut eleganter ait Tac. in Agric: *matrimonium ad majora nitenti decus ac robur.* Quam ob causam David rex sanctissimus atque sapientissimus, decem concubinas à filio suo constupratas, vinctas detinuisse mihi videtur, Samuel. 2. c. 20: quippe quod erant concubinæ regiæ, quas non satis tutum erat dimitti, aut cuipiam elocari; quamvis non ignoro, quid hac de re sentiat doctissimus Theologus. Qua identidem arte Octavia filia Claudij Imp: Neroni desponsata est, quod ait Historicus, *majora patefacturum erat*, hoc est, aditum illi ad Imperium facturum. & Livius lib. 1. de Servio: *Idem*, inquit, *affinitatibus, perq; nuptias filiæ, multos sibi cognatos amicosq; conciliat.* & Perdiccas, ut viribus autoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatræ sororis Alexandri magni, & alterius Alexandri quondam uxoris intendit. Justin. lib. 13. & lib. 1. de Dario, *Principio*, inquit, *regni, Cyri Regis filiam, regalibus nuptijs regnum firmaturus, in matrimonium recepit, ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reversum videretur.* Eodem consilio Lycus ille apud Senecam in Hercule furente ambit nuptias Megaræ.

Davidis concubinæ in custodia retentæ.

Alieno in loco
Haud stabile regnum est; una sed nostras potest
Fundare vires, juncta regali face
Thalamisq; Megara: ducet è genere inclyto
Novitas colorem nostra.

Quam etiam causam esse certus sum, propter quam Sejano petenti matrimonium Liviæ obscure negavit Tiberius apud Tac. 4. Annal. *Falleris*, inquit,, *Sejane, si te mansurum in eodem ordine putas, & Liviam, quæ C. Cæsari, mox Druso nupta fuerit, ea mente acturam, ut cum equite Romano senescat.*

CAP. X.

Prævenire ijs qui nocere possunt, Bella populi Romani. Diversitas rerum privatarum & publicarum.

ILLA verò omnium maximam iniquitatem præ se ferre videntur, quæ passim ad invidiam Romanorum, cum voce, tum scriptis circumferuntur, de studio ipsorum juvandi socios: propterea, quod hac specie pedem lento gressu promoverint, aliarumque gentium agros atque possessiones invaserint, sinè ullo jure atque titulo. Neque enim M. Tullius potest, quin publicè fateatur, *populum Rom. juvandis socijs totum terrarum orbem occupasse*: & rex ille apud Sallust. *Namque Romanis*, inquit, *cum nationibus, populis, regibus cunctis una & vetus causa bellandi est, cupido proferendi Imperij.* At enimverò mihi in plerisque, & pro magnitudine sua, & pro jure dominationis suæ fecisse videntur. Primum enim, meritò cavebant ne quis, hostili præsertim animo erga se, cum periculo magnitudinis Romanæ nimium

Studium Romanorum juvandi socios.

crefceret: id quod ipfi Macædones prætendebant, *id agendum ne vis ac poteftas ad unum populum deveniret.* Eft enim, ut Lyricus Poeta canit, *ipfa utilitas jufti prope mater & æqui*; in magnis præfertim & præruptis negotijs. Alterum eft, ne populus femel fedatus, & in amicitiam populi Romani receptus, iterum arma caperet: id quod cum periculo Romanorum conjunctum erat. Cum enim Latini ab fenatu Romano peterent, ut aut mitterent fibi fubfidium, aut feipfos tuendorum finium causâ arma capere finerent, *Romanis tutius vifum eft, defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma*, Livius lib. 2. Addo quod ad dignitatem rei Romanæ pertinebat, ne focij injurijs adficerentur. Cæfar de bell. Gall. *Æduos fratres confanguineosq; populi Rom. in ditione atq; fervitute Germanorum teneri, in tanto imperio pop. Romani turpiffimum fibi ac reipubl. arbitrabatur.* Sic Guntherus lib. 4.

Hoc fiquidem bellum quod juris amore coactum
Milite fufcipitur, meritum non culpa vocatur.

Et Maro laudi id ducit,

Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem,
Vincere & Oceani finibus ulterius.

Prævenire ijs qui nocere poffunt.

Ecquis enim adeò nullius animi eft, adeoque fuæ falutis prodigus, ut expectare velit, donec alterâ multis victorijs potens & efferatus, bellum transferat, & ferrum in ipfius vifcera ftringat? Ut enim hoc in privatis negotijs, & relligioni & patientiæ alicujus dem; quod do libenter: in publicis certè negotijs, quæ ad regna & populos pertinent, nequaquam tibi concedo, quemadmodum rectè Crotogniates ille apud Cæfarem? *Atq; ego*, inquit, *hanc fententiam probarem, tantum apud me dignitas poteft; fi ullam præterquam vitæ noftræ rationem fieri viderem: fed in confilio capiendo omnem Galliam refpiciamus oportet, quam ad noftrum confilium excitavimus.* Quo verius Dionis: Halicarn. *Ratio imperiorum eft ne noceri poffit.*

possit. & Antonius ille: *non concedendum, ut Hispani, sub nomine pacis, moliri res novas possint*: & legati Campanorum ad senatum Romanum: *Pugnavimus*, ajunt, *verbo pro Sidicinis, re pro nobis, cum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, & ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajectum illud incendium esse*, Livius lib. 7. Neque absurde apud Curtium lib. 6. Alexander rectè intellectus, *sicut*, inquit, *in corporibus ægris nihil quod nociturum est, Medici rellinquunt, sic nos quicquid obstat Imperio recidamus.* Qua de causa Florentini Pontificem Xistum tantopere rogabant, ne pateretur Venetos Ferrariam occupare; sic denique illos totam Italiam tandem occupaturos, novos homines, qui è paludibus in proximum continentem pedes extulerint. Jovius. Romani certè istac ergà socios pietate toti terrarum orbi pacem conciliarunt: quod pulcrè Cicero in epist: prudentissima ad Q. Fratrem. *Simul & illud Asia cogitet, nullam â se neq; belli externi, neque discordiarum domesticarum calamitatem abfuturam, si hoc imperio non teneretur.* & de Tyro Curt. lib. 4. *Eam civitatem multis casibus defunctam, & post excidium renatam, longa pace cuncta refovente, sub tutela Romanæ mansuetudinis acquievisse.*

CAP. XI.

CAP. XI.

Οςρακισμὸς. Falsa legatio. Exilium Tiberij, Ottonis, Hadriani Pontif, Ludowici XI. Miris modis frangere nimis potentes; æmulos adjungere; pecuniâ exuere.

SANGUINIS emissione & purgatione, ajunt Medici, plurimum etiam boni sanguinis ejici & abradi.

CAP. XI. Expedit tamen nisi voles vitæ periculum facere. Eadem est ratio in Republ. in qua nonnunquam repperiuntur, quorum virtus ita in conspicuo est, ut facile studia vulgi ad se trahant vel inviti; quibus Rempubl. evacuari oportet. Fulserat Romæ cometa, qui ex vulgi opinione mutationem regis portendebat: & omnium ore Rubellius Plautus celebrabatur. Quibus permotus Nero, litteras ad Plautum componit, *consuleret sibi & turbis, seq; pravè diffamantibus subtraheret, esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta & inturbida juventa frueretur.* Atq; ita Plautus illuc cum conjuge Antistiâ, & paucis familiarium concessit. Humaniter mea sententia & recte Nero, monstrum alioquin non homo: Nam & ipsi Plauto pepercit, & tranquillitati Reipublicæ consuluit. Hæc enim est natura regni ut ait Seneca: *cedat, quicquid excelsum est.* & alibi haud absurdè, quanquam in persona Tyranni:

Ostracismus in regno.

Servare cives Principi & patriæ graves.
Claro tumentes genere, quæ dementia est?

Non enim moveor illorum sermonibus, qui exclamant, iniquum id esse, contra leges esse, hac ratione virtutum viam occludi. At enimvero tranquillitatis Reipublicæ interest, cui, quicunque volet vir bonus esse, æquo animo atque vultu pro tempore cedat; sibi verò imputet, quod nimis virtutes suas exerit, quas nonnunquam dissimulare, atque occultare, boni ac prudentis viri est. De Pisone Vellejus, eum in magnis negotijs otioso similem fuisse. & de Galba Sueton: *paulatim in desidiam segnitiemq; conversum esse, ne quid materiæ præberet Neroni.* Ac multi sponte se subduxerunt. De Tiber: Sueton: eum *ultro secessisse, & devitasse æmulationis cum Cajo Lucioq; suspicionem.* & Vell: Paterc. lib. 2. *Marcus, inquit, Agrippa sub specie ministeriorum Principalium profectus in Asiam, ob tacitas cum Marcello offensiones, præsenti se subduxit tempori.* Quod ut ut iniquum sit, utilitate tamen publica rependitur: Adeoque respublicas antiquas

& ho-

CAP. XI.

& hodiernas intuenti apparebit, non posse aliter, quin nonnunquam à justicia recedatur: idque innuit Philosophus 5. Polit. c. 11. κοινὴ φυλακὴ πάσης μοναρχίας τὸ μηδένα ποιεῖν ἕνα μέγαν, & cap. 3. *Satius esse providere, ne aliquis in Repub. tantopere crescat: ubi verò Respubl. in eum statum pervenit, medicina utendum est.* Sic acer Historicus noster: *Imputare perfidiam*, inquit, *non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum à Galba descivissent? quamvis interfuit Vitellium vinci:* plane ex mente divini vatis, & Salvatoris nostri, *expedit fieri scandala, sed væ illis qui faciunt.* Illud verò omnium humanissimè, quod specie honoris, vel legationis, vel studiorum, vel amicitiæ, vel aliorum ministeriorum principalium emissi sunt, qui nolentes volentes præsentem dominationem plebi invisam faciebant. Hinc illud vulgatum de Ottone, qui per causam legationis in Lusitaniam sepositus est:

Solum vertere specie honoris, legationis, studiorū.

Cur Otho mentito, sit, quæritis, exul honore,
Uxoris mœchus ceperat esse suæ.

Ac tamen nescio quo plerumque fato reduces Imperium sortiuntur. Tiberius certe è medio quam longissimè se amovit, ut vitato assiduitatis studio, autoritatem absentia tueretur, atque etiam augeret, si quando indiguisset sui Respubl. Tranquil. in Tiberio. De quo tritum illud est,

Exilium Tiberij.

Regnabit sanguine multo
Ad regnum quisquis venit ab exilio.

Sic Hadrianus ille, moliente Carolo Ceurio, honoris specie ablegatus est, & haud multò post pontifex creatus. Et notum est exilium Ludovici XI. Galliarum regis, apud Philippum Ducem Burgundiæ; item Medicæi, Allobrogum Principis, aliorumque. Sunt & aliæ rationes quæ nituntur hoc jure, quasve usurpant principes in frangendis ijs, qui vel à nimia potentia, vel ab affectato imperio suspecti sunt: veluti Tiberius Germanico Pisonem adjunxit, qui eum coerceret; & mira arte Ferdinandus rex

Rationes frangendi nimis potentes & suspectos.

Hispa-

Hiſpaniæ emunxit Conſalvum Magnum: Sic Romani Capuanis omnia jura ademerunt, *ne Senatus, ne plebis conſilium, ne magiſtratus eſſent; ſed ſine conſilio publico, ſine imperio, & ut multitudo, nullius rei inter ſe ſocia, inhabilis eſſet, &c.* & Fridericus I. rebelles pecunia exuit: De quo pulcri verſus ſunt Guntheri lib. 1.

Nec melius ſtultæ furor atq; ſuperbia plebis
Puniri poterat, quam tanti ut cauſa furoris
Eriperentur opes, ut quos opulentia rerum
Fecerat elatos, in ſe revocaret egeſtas.

CAP. XII.

An Sejanus, Cœcina, Parmenio, alijque juſtè interfecti ſint? In quo caſu ordo judiciarius non obſervetur: & an quis poſſit non accuſatus damnari.

NON una exempla in Hiſtorijs ſunt eorum, qui manu & imperio militari, in ipſa herba, quod dicitur, oppreſſi ſunt; è quibus quædam tantum excerpam, eaque quæ in regno licuerunt, (nam de jure dominationis Ariſtocraticæ & popularis poſtea) ex quibus de reliquis Judicium eſto. De Sejano, qui Germanici uxore & liberis, nefarijs modis oppreſſis, non ſolum ſuſpectus, ſed etiam reus fuit affectati Imperij teſtantur Suet: & Tac. eum ſine ullo ordinario proceſſu ad ſupplicium raptum, *& dolo magis*, (verba ſunt Suetonij) *quam principali autoritate.* Sic Titus Imp: Cæcinam conſularem vocatum ad cœnam, ac vix dum triclinium ingreſſum confodi juſſit, Sueton. in Tito: *ſane urgente diſcrimine, cum etiam chirographum ejus præparatæ apud milites conjurationis deprahen-*

Supplicium Sejani, Cœcinæ, Parmenionis, aliorumque.

prehendisset. Eodem jure usus est Alexander adversus Parmenionem, de cujus tamen crimine ad huc dubius sum. & nuper Henricus III. rex Galliarum adversus Guisium: & jure optimo; cumprimis in turbulenta ac seditiosa Republ. quo tempore non solum necessitas, verum æquitas postulat, ut manu potius & Imperio militari respubl. componatur, quam jure & processu ordinario, l. 3. D. Ne vis fiat ei qui in pos. mis. est: & l. 16. D. De Appellat.

In causa Majestatis, & in præruptis seditionibus, non semper opus est forensi processu.

Id ait Alexander apud Curt. lib. 8. *ubi reverentia excessit animis, & summa imis confundimus, vi opus est, ut vim repellamus: præsertim adversus seditiosos ac perduelles:* ϗ οὐδὲ ἢ δικάζεσθαι τοὺς τοιούτους, ποῦ προσήκεν; ἀλλ' ἐν πολεμίου μοίρᾳ κολάζεσθαι: *hi in jus non sunt vocandi, sed tanquam hostes puniendi.* In crimine enim manifesto ac notorio, secundum interpretes, ordinem judiciarium observare nihil est necesse, in quo velox debet esse supplicium, l. 2. C. Quando lic. unic. sine jud. se vind. Quin etiam præruptæ seditiones, factionesque cruentæ, moram non recipiunt l. 6. §. 9. D. De inq: rupt: inrito &ç. Ac convenit hic illud rectè acceptum, οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσι, & ut ait l. 1. C. Quan. lic. un. sine jud: &ç. *melius est occurrere in tempore, quâm post exitum vindicare.* Est enim *hæc conditio Principum*, ut argutè, sed verè Adrianus dixit, *quibus, de affectato regno, nisi occisis non creditur:* adeoq; remedium statim quærendum est, non post vulneratam causam, l. fin. C. In quib. cau. rest. in int: & generaliter, in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorrescit, quo minus fiat.

Publica animadversio periculosa.

Porro publica animadversio studia vulgi & seditiones facile concitat. Tacit. 2. Annal. *Nec Tiberius pœnam ejus palam ausus, in secreta palatij parte interfici jussit, corpusq; clam auferri.* & de eo cavit Imp. in l. 12. C. De pœnis. *Vanas voces populi audiendas non esse.*

Detentio in carcere.

Quin etiam de carcere periculosum esse, vel ex eo liquet, quod Carl. V. Imp. fortissimus atque sapientissimus aliquando Romam conscripsit, utrumque sibi periculosum videri, & ponti-

ficem in carcere esse, & dimitti; cavendum namque esse, ne ex captivo liber & hostis factus, partium consilijs permultùm noceret. Postremo parum interest, sit accusatus nec ne; cum etiam tutor suspectus repelli possit sine accusatione, in favorem pupilli, si prætori liqueat ex apertissimis rerum argumentis, l. 3. D. de susp. tut: & curat: neque enim hîc locum habere puto illud Marci apud Volcat: *non possumus reum facere, quem nullus accusat*. Est enim hoc privilegium quoddam, quod derogat Juri communi, quodve meritò indulgetur principi tanquam personæ publicæ, tum ipsius principis, tum etiam reipublicæ causa.

Etiam non accusatus damnari potest.

CAP. XIII.

Exasperatio criminum, & acris animadversio. Quomodo crudelitati locus sit in republ. Punire conjurationis conscios: punire voluntatē conjurandi.

Atrocia supplicia.

EODEM jure nonnunquam atrocia supplicia ob rem leviculam decernuntur exempli statuendi causa quod appellat Tacitus *multa crudeliter agere, quo ceteris quies sit*, & eleganter Gunth. lib. 1.

Plus sæpe nocet patientia regis,
Quam rigor, ille nocet paucis, hæc incitat omnes,
Dum se ferre suos sperant impune reatus.

Neque hoc solum locum habet in bello, in quo solenne est, teste Polybio, *crudelitatem exercere terroris causa*, sed etiam in Republ: quo nomine acutus scriptor ab Hetruria Florentinos ridet, quod cum Aretinos rebellantes in suam potestatem redegissent, nimis leniter cum

illis

illis egerint: quaſi verò, inquit, urbs tota ſine dedecore Florentinorum deſtrui non potuiſſet, &ç. Quare Cæſar exemplo ſupplicij deterrendos reliquos ratus, omnibus qui arma tulerant, manus præcidit, vitamque conceſſit, quo teſtatior eſſet pœna improborum. Neque enim belle finis facile imponitur, niſi hæc interdum frangendæ pertinaciæ uſurpentur. Sed hæc inquam ad jus belli pertinent. Atqui etiam tempore pacis, & quo imprimis ſeditiones gliſcunt, hujus ſeveritatis uſus eſt. Ideo Mimus ille: *Bonis nocet, quicunque parcit improbis.* Qua de cauſa Pompejus columna juſſit manum detruncari honeſtiſſimo equiti Neapolitano, cum ex jurgio gladium, in atrijs domus, in altercantis caput, ſine vulnere, ſtrinxiſſet; atque pœnam depræcantibus amicorum præcipuis, ni ita faceret, velut alita auctaque audacia, quæ Neapolitanorum animis inſita videretur, non defuturum, qui cubiculo ſuo ferrum inferre, & ad cædem enudare dubitaret. Nimirum rectè Symmachus in quadam epiſt: *Tantum legibus ſeveritatis addendum eſt, quantum flagitia creverunt.* Quare idem Columna, cum ab Hiſpano, per præconem, ignominioſo tubæ cantu, duellum detrectaſſe proclamaretur, è veſtigiò hominem trucidari juſſit, & cum apud Julium Pontif: hac de re conquereretur Hiſpaniæ regis legatus, Pontifex nihil aliud reſpondit, quam rectiſſimè factum, quod ſervi à pedibus, ut tantam injuriam vindicarent, Hiſpanicam inſolentiam Romana ſuperbia contudiſſent, hæc Jovius. Eadem ſeveritate conſcij etiam conjurationis in principem puniuntur l. 5. C. ad l. Jul. Majeſt, ut eo citius inſidiæ detegantur: de quo varia vide apud Curtium lib. 6. Sed & quæ animum alicujus perçutiant: adeò periculoſum eſt in hujuſcemodi tempora & veluti noctes incidere: quod dicebat Philotas: *Si, & cum indicamus, inviſi, & cum tacemus, ſuſpecti ſumus, quid facere nos oportet?* Et quamvis regulariter ratione ſolius conſenſus nemo ad pœnam obligatur l. 18. D. De pœnis: ſed ſecuto demum actu l. 225.

Cap. XIII.

Severitatis uſus in Republ.

Conſcij conjurationum.

CAP. XIV. D. De verb. signif. aliud tamen obtinet in crimine in principem, in quo voluntas punitur d. l. 5. C. Ad l. Jul. Majest. sed intellige talem voluntatem ut rectè docet Cujac. ad d. l. D. De verb. sign. cum qua conjunctum est initium facti, id est, factio vel conjuratio: sola enim & nuda voluntas puniri nequit: atque ita intelligo illud Guntheri lib. 8.

Voluntas pro initio facti.

Quicquid in augustos ausus committere reges
Vel meditatus erat,

Illud enim Poetæ,

Et scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet &c.

Juris conditores: teste Cujac: minime probant: Sicut & vix illud Paterculi lib. 2. *Adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quam modum; factaq; ad consilium dirigebant, & quid, non in quantum admissum foret, æstimabant.* Quorum nonnulla, quæ sævitiam aliquam præ se ferunt, salute publica compensantur, & meritò, ad terrendos nefarios perditorum hominum conatus, pro salute principis constituta sunt.

CAP. XIV.

Imperialis abolitio. Vindicta noxia. Ne in omnia delicta, & in singulos autores inquiratur. locus pœnitentiæ.

NONNUNQUAM etiam hoc jure nocentes absolvuntur, nam, ut ait Claudianus.

Ignoscere pulcrum
Jam misero est, pœnæq; genus vidisse precantem:

Locus pœnitentiæ. Et Tac. in Agr. *Omnia scire, non omnia persequi, parvis peccatis veniam, magnis severitatem accommodare. nec*

pœna

pœna semper sed sæpius pænitentia contentum esse. Quod & Germanicus censuit Annal. *Dandum adhuc spatium, si recenti exemplo sibi ipsi consulerent*: idque facit ad securitatem principis, ne nimijs supplicijs exacerbentur subditi. Quæ ratio fuit imperialium abolitionum, quæ fiebant vel in auspicio regni, vel ob festum diem, ut ait JCtus in l. 8. D. Ad SCtm Turpilian: adeoque observatum est, ne quoties princeps introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur, Tranq. in Aug. Sed dices? hoc modo delicta impunita abire. Mihi vero Thraseæ illud semper probabitur: *Non quicquid nocens reus pati meretur, id egregio sub principe statuendum est.* & apud Senecam A M P. *Tacita sic abeant mala:*

CAP. XV.

Criminum abolitio.

HER. U*t inultus ego sim?* A M. *sæpe vindicta obfuit.* Adeo nonnunquam delicta nimis asperis remedijs atque supplicijs magis magisque augentur: quod potissimum locum habet in conjurationibus, idque Tacitus de Tiberio: *Quanquam multi è domo principis equitesque ac Senatores, sustentasse opibus, juvisse consilijs dicerentur, haud quæsitum.* Sic Theodosius militari scientia futura conjiciens, de conjuratis quæstiones agitari prohibuit, ne, formidine sparsa per multos, reviviscerent provinciarum turbines incompositi. Et Trajanus rescripsit autore Plin: lib. 10. Epist. *Christianos conquirendos non esse, sed si deferantur & arguantur, puniendos.* Ceterum qui iterum delinquit, &, quod dicitur, ad nauseam redit, principis generali abolitione non fruitur. l. 3. C. De Epis. aud. Quin etiam Fridericus I. cum in inauguratione sua quidam ex ministris, qui propter ingens aliquod crimen gratia exciderat, ad pedes ejus se projecisset, ratus ob præsentis diei hilaritatem imperatoris animum emollitum iri, tamen negavit, inquiens, non ex odio, sed amore justitiæ eum à se puniri.

In omnes conjurationum socios nõ anxiè quærendum.

CAP. V.

De conjuratorum filijs & pro-

CAP. XV.

pinquis pœnas ſumere, ne ad parentum exempla ſuccreſcant. In nomina damnatorum ſævire. Extrema conſilia. Obſides punire.

Conjuratorum ſobolem punire.

UT autem hæc omnia cum iniquitate aliqua conjuncta eſſe videntur, ita imprimis illud iniquiſſimum videtur, quod in conjuratorum ſobolem nonnunquam æque ſevere atque in autorem, animadvertitur, etiam innocentiſſimam. Regulariter enim crimen vel pœna paterna nullam filio maculam infligere poteſt: namque unusquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. l. 26. D. De pœnis. & peccata ſuos debent tenere autores. l. 22. C. eod. Ceterum id fit, partim ut parentes amore liberorum à cæde principum abſtineant, partim quod paterni, hoc eſt, hereditarij criminis exempla in filijs metuuntur, ut ajunt Impp. Arcad. & Honor. & Tertullianus.

Filij hereditarij criminis heredes.

Autores ſcelerum, facinus ne creſceret ultra,
Extinxit, ſobolemq́ patrum peccata ſequentem.

Et Cicero in Epiſt. 11. ad Brutum. *Itaq́ cum rogamus, ut miſericordiam liberis ejus impertiamus, nihil affertur quo minus ſumma ſupplicia, ſi, (quod Iuppiter omen avertat) pater puerorum vicerit, ſubeunda nobis ſint. Nec verò me fugit, quam ſit acerbum, parentum ſcelera filiorum pœnis lui: ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes Reipubl. redderet. Itaq́ Lepidus crudelis in liberos, non is qui Lepidum hoſtem judicat.* Imprimis verò propter cupidinem vindictæ paternæ, quâ æſtuant liberi, hoc conſtitutum eſt. Non aliter atque Dido illa imprecatur,

Exori-

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, CAP. XI.
Qui face Dardanios ferroq́ sequare colonos.

Sed ita est, sed iniquum est, quis negat? Sed & hoc terrore tyrannicidæ citius à sanguine regio abstinent. Ac tamen vix etiam his supplicijs capiuntur parentes in tot conjurationum exemplis. Itaque Tac. lib. 5. Ann. de liberis Sejani: *placitum posthac, ut in reliquos Sejani liberos adverteretur.* & Ammian: Marcell. *Intercepti imperiali motu interière omnes ad unum, eorumq́ soboles parva etiam tum, ne ad parentum exempla subcresceret, pari sorte deleta est.* Quod etiam in hostium filijs locum habebat. Tacit. *Mutianus*, inquit, *Vitellij filium interfici jussit, mansuram discordiam obtendens, ni Semina belli restinxisset.* Unde Senec: in Herc. *Gnatos paterni regni vindices:* sic apud Venetos, mortuo duce, ejus administratio examinatur, & in cognitionem trahitur, quæ si paulo iniquior & ferocior fuit, sævitur in mortuum ejusq; propinquos. Porro non tantum in filios sæviebatur, verum etiam tota memoria damnabatur de quo supra. Hinc Guntherus,

Atq; feros manes & nomina sæva nocentum
Damnat, & irati natos odere parentes.

& Senec. in Octavia: *Sævit in nomen ferus*
Matris Tyrannus, obrui meritum cupit,
Simulacra, titulos destruit mortis metu,
Totum per orbem.

Et Curtius: *Nihil*, inquit, *ex omnibus inconsultè ac temerè actis, regem magis moverat, quam Parmenionis cum honore mentio illata.* Quanquam multi imperatores, tantum abest ut conjurationum filios supplicio affecerint, ut potius eos multis beneficijs sibi devinxerint. Alexand. apud Curt. lib. 8. *Olim istum morem occidendi cum scelestis insontes propinquos parentesq; solvi, & profiteor in eodem honore futuros omnes eos, in quo fuerunt:* idque dicebat Verus: *nemo successorem suum occidit.* Unde Diocletia-

Ne damnatorum mentio fiat.

Lex Macædonum.

CAP. XVI. cletianus Cassij liberos non tantum non occidit, verum etiam honoribus affecit. In hujuscemodi enim rebus extrema consilia omnium optima sunt: aut enim interficiendi sunt, aut præmijs multis emolliendi? tertia via nulla est. Paulo aliter atq; Amphytruo ad Herculem apud Senec.

Extrema consilia omnium optima.

Sic statue, quicquid statuis, ut causam tuam
Famamq; in arcto stare, & ancipiti scias:
Aut vivis, aut occidis,

Quo consilio Solymannus Turcarum Imperator illustrem illum piratam Ariadinum Barbarossam splendidissimis & pretiosissimis præmijs ad se allicere studuit, oblato etiam ei Architalassi officio, ut quem bello vincere non posset, beneficijs expugnaret, ne amplius damnum rebus Ottomannicis inferre posset. Eodem Jure obsides puniuntur, quamvis innocentes, id est, etiam fœminæ, quas à Romanis Germanisq; pro obsidibus traditas legimus.

Obsides punire.

CAP. XVI.

Civibus res adimere causa Reipubl. Hæc jura non tam ex plenitudine potestatis, quam ex communi utilitate metienda esse. Res populi hosti addicere, census agere, vectigalia indicere. Census, sive Losungen/ anima Rerumpubl.

UTILITAS *publica*, ait Imp. in l. 3. C. De Primip: *præferenda est privatorum contractibus.* Quod quamvis alia ibidem mente dicitur, tamen huc referri potest. Quoties enim Rei-

Reipubl. interest, privatas res in usum publicum destinari, toties cives ac subditos à jure suo discedere oportet, & nisi volent, à principe cogi, hoc nimirum Jure dominationis. Iniquum id sane videtur, imò miserabile, sed in favorem Reipubl. indultum; veluti Levinus Consul Rom. apud Livium ait lib. 26. *Respublica incolumis, & privatas res facile salvas præstat, publica perdendo, tua nequicquam serves.* De tempore belli liquidum est. Jovius: *Galli,* inquit, *obsesso à Cæsare Mediolano, adhortante Gritto Veneto necessaria sed miserabili ratione, suburbana ædificia incenderunt, ne his ad ponenda castra uteretur Cæsar, & propius & tutius tegentibus tectis muro succederet:* idque Vercingetorix ait apud Cæs. lib. 7. De bel. Gal. *salutis causa rei familiaris commoda negligenda esse*; adeoque suadet Gallis, ut æquo animo sua ipsi frumenta corrumpant, ædificiaque incendant, qua rei familiaris jactura, perpetuum imperium libertatemque se consequi videant. Sed an etiam extra bellum? Ita vero seriò, suadente id utilitate publicâ: nec tamen vix aliter, quæ est benignior sententia, nisi refuso aliquo pretio l. 2. C. Pro quib. cau. ser. præm. lib. acc. Quippe quod omnia princeps possidet, *non tamen Dominio,* ut ait Seneca, *sed imperio.* Et Poeta Ligurin. lib. 3.

Quicquid habet locuples, quicquid custodit avarus,
Jure quidem nostrum est, populo concedimus usum.

Ac tamen id, quod ajunt nonnulli, licere principi sinè ulla causa alicui rem suam auferre; non tam ad Jus dominationis refero, quam ad dominationis flagitium, ut Corn. appellat: quæ sententia non ex alio fonte promanavit, quam assentationis & emerendæ gratiæ, quo nihil turpius de justiciæ sacerdote dici potest. Nam hæc, & id genus alia, non tam ex plenitudinè potestatis metienda sunt, quam ex salute atque utilitate publica: *Quasi vero,* inquit Sallust. *injuriam facere, id demum esset imperio uti:* & laudabile est illud de Tito apud Sueton: *abstinuit alieno, ut si quis unquam.* Sed licetne Prin-

CAP. XVI.

Bona civibus auferre.

Princeps omnia possidet imperio.

Iura dominationis ex salute Reip. metienda sunt, non ex plenitudine potestatis.

Civium bona hosti remittere pacis causa.

cipi, jure dominationis vel belli, icto fœdere, civium bona hinc & inde direpta remittere? Ita certè, imprimis si aliter pax fieri nequit: adeoque cives perpetuo ab omni actione excluduntur. Nam quod glossa ait, compositiones Dominorum non officere juri subditorum: haud ijs convenit, qui pro arbitrio suo, & ut Curtius ait, regio more imperant; sed quorum Imperium varijs conditionibus restrictum est. Sed οὐδὲ πάρεργον: Nam sobriè hæc & circumspecte aget prudens Princeps, quod, ut docet Philos: lib. 5. Polit. cap. 6. *per ablationes rerum conjurationes instituuntur.* Et hæc fere jura sunt dominationis regiæ, quibus alia id genus addas licet. Nam ratio illa agendi census, ex quo non tantum facultates civium innotescunt, & in tabulas censuales referuntur; verum etiam ex cujus modo tributum & vectigal penditur, adeoque respubl. locupletatur, haud ulla, ut opinor, excusatione opus habet. Cum enim Imperium sine vectigalib. nullo modo retineri possit, æquo animo cives parte aliqua suorum fructuum, pacem sibi sempiternam, atque otium redimere debent, ut scribit Cicero ad Q. Fr. Atq; est hujuscemodi census, nos Losungen appellamus, anima magnarum Rerumpbl: Unde Livius non immeritò vocat *rem saluberrimam magno futuro Imperio:* & Claudius vocavit opus arduum. *Quod opus*, inquit, *quam arduum sit, nobis cum maximè, quamvis nihil ultra, quam ut publicè notæ sint facultates nostræ, exquiratur, nimis magno experimento cognoscimus.*

Census agere.

Census anima Rerumpubl.

CAP. XVII.

Jura dominationis aristocraticæ. Ne quis ex patricijs, regis, vel principis filiam ducat. Ejicere cives nimis potentes.

tentes. Ut interfecto domino omnes servi puniantur. Decimatio militum. CAP. XVII.

EADEM ferè sunt Jura dominationis Aristocraticæ, & à quovis huic accommodari possunt. Sunt tamen etiam peculiaria quædam. Nam sicut jura regia saluti regni & unius inserviunt, ita quoque jura aristocratica ad salutem & dignitatem nobilium, eorumque qui imperant, comparata sunt, sicut & jura populi ad civium: quale est illud. Ne quis ex optimatibus principis alicujus, vel regis filiam in uxorem ducat, quod is fultus fretusque hac nuptiali dignitate, facile animum dominandi sumit: id quod ex præcedentib. liquet; quod tamen potius ad arcana dominationis, quam ad jura referendum est. Magni enim periculi res est in libera Republ. principem nasci, non secus atque, ut Senec. ait, *semper magno constitit nasci Deum.* Adeoque cavendum esse existimo in Aristocratica Reipubl. ab ijs. qui originem ducunt à regibus: quæ res Cæsarem ad invadendam Rempubl exstimulavit, ut constat ex funebri oratione de Juliæ amita: *Est in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, & ceremonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.* Talis autem, & qui hujuscemodi, & id genus alijs dignitatib. nimium crescit, ex Republica libera, ejici potest, & quidem hoc jure dominationis. Qua ratione Scipio Africanus lubens, & merito, civitate cessit. Nam, ut testatur Livius, *periculosum erat, in republica præsertim libera, unum hominem esse caput, & columen Imperij: sub umbra Scipionis urbem terrarum orbis dominam latere, nutus ejus pro decretis patrum esse &c.* Quo facit Atheniensium & Ephesiorum Ostracismus: *Nemo de nobis unus excellat, sed si quis exstiterit, alio loco & apud alios sit.* Quo nomine Romani omnes Tarquinios è civitate Romana expule-

Principales affinitates.

Ostracismus Atheniensium & Ephesiorum.

CAP. XVII.

pulerunt. *ne quam*, ut ait Varro apud Non: *seditionis per gentilitatem speciem haberent*; veluti fortiter & præclarè Brutus ad Tarquinium Cos. *Hunc tu*, inquit, *tua voluntate remove metum: meminimus, fatemur, ejecisti reges, absolve beneficium, aufer hinc regium nomen*: & apud eundem Livium lib. 41. C. Sempronius. *Nec senatui tanti se civem aut quenquam alium debere esse, ut in parendo uni malum publicum fiat*. Illud est quod Catulus de Pompejo dixit; esse quidem præclarum virum, sed nimirum jam liberæ Reipubl. neque omnia in uno reponenda Vell. lib. 2. Idem testatur Jovius lib. 1. Hist. de Venetorum Rep. *Neminem*, inquit, *temerè ex optimatibus, qui vel insigni virtute vel spiritu in gerendis rebus ceteris antecellat, nimio plus crescere, vel collecta gratia potentem & clarum fieri patiuntur.* Sed hæc palam sunt, & à multis exemplis obvia. Ille vero mos animadvertendi in singulos servos ob unius domini necem, maximam crudelitatem referre videtur; verum spectabat, tum ad salutem clarissimorum hominum, tum etiam ad contundendam ferociam mancipiorum: de Marcelli cæde Servius Sulpicius. *Ego tamen ad tabernaculum ejus perrexi; inveni duos libertos, & pauculos servos: reliquos ajebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset.* Quam severitatem confirmavit Augustus, & Nero, viro consulari, & præfecto urbi à servo occiso: qua de re ita Cassius in Tac. 14. Annal. *At quidem insontes peribunt. Nam & fuso exercitu, cum decimus quisq; fuste feritur, etiam strenui sortiuntur.* De qua decimatione Livius lib. 2. *Centuriones, duplicariosq; qui relliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit: cetera multitudo sorte decimus quisq; ad supplicium lecti:* Utrumque hoc cum iniquitate conjunctum est, sed, ut idem ait Cassius, *contra singulos utilitate publica rependitur*; neq; enim pudet me hanc sententiam toties repetere, cujus rei rationem reddit M. Tull. in Cluentiana, *Statuerunt*, inquit, *ita majores nostri, ut si à multis*

Venetorum Ostracismus.

Omnes familiares punire ob unius necem Domini.

Decimatio militum.

multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur, ut metus ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Nam qui miles locum non tenuit; qui hostium impetum vimq; pertimuit; potest idem postea & civis esse melior, & vir bonus & civis utilis. Quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis & supplicij metus est à majoribus constitutus; ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. Hæc Cicero. CAP. XVIII.

CAP. XVIII.

Proscriptorum liberos à jure ordinis prohibere; & perfunctoriè ostenditur differentia inter hæc jura Aristocratica & jura regia.

Sylla, ejectis & proscriptis quam plurimis Senatoribus, & equitibus Romanis, lege lata proscriptorum liberos à jure petendorum honorum prohibuit. simulq; *ut Senatorum filij*, (verba sunt Velleij) *& onera ordinis sustinerent, & jura perderent.* Quæritur an rectè? Sane Vellejus indignissimum esse censuit. Mihi vero & jure dominationis, & ad salutem atque tranquillitatem præsentis Reipubl. fecisse videtur: quemadmodum Cic. ait 1. Philip: *non quod probem; sed quod rationem habendam esse censeo maximè otij & pacis.* Et Quintil. lib. 11. c. 1. *Mollienda est*, inquit, *in plerisq; alio colore asperitas orationis, ut Cicero de proscriptorum liberis fecit. Quid enim crudelius, quam honestis parentibus ac majoribus natos à Republ. summoveri? itaq; durum id esse, summus ille tractandorum animorum artifex fatetur: sed ita legibus Sylla* Proscriptorum liberos ab honoribus excludere.

CAP. XIX. *coharere statum civitatis, ut his solutis, stare ipsa non possit. itaq; est, ut aliquid eorum quoq; causa videretur facere, contra quos diceret.* Hæc Quintilianus egregie. Ideo enim jura ordinis perdiderunt, ne copiam haberent amore vindictæ Rempubl. perturbandi. Eadem ratio fuit in Bruti filijs, quos occupata libertate necesse fuit ê medio tolli, de quo vide Machiavellum. Propriè autem hoc convenire dominationi Aristocraticæ ex eo liquet, quod, imperio postea in unum devoluto, honoribus restituti sunt. Ita enim Sueton. de Cæsare: *Admisit ad honores & proscriptorum liberos.* Unde Cicero appellat *legem temporis, non hominis.* Eodem modo Alexander, cum reversus ex India Epistolas in Græciam scripserat, quibus omnium civitatum exules, præter cædis damnatos, restituebantur, magni motus exorti sunt, quod plurimi non legibus pulsi patria, sed per factionem principum fuerant, verentibus ijsdem principibus, ne revocati potentiores in Republ. fierent, Justin. lib. 13. Non enim omnia hæc jura omnibus Rebuspublicis promiscuè, omnibusque temporibus conveniunt, sed suo modo singulis accommodanda sunt.

CAP. XIX.

Lupanaria admittere. Fœneratoribus atque usurarijs locum dare. Tyranno interfecto de crimine demum cognoscere. Supplicium S. Melij.

PORRO hoc quoque jure lupanaria colorari posse existimo, quæ passim propter hominum libidinem in vastis Rebuspubl conceduntur, ut nimirum avertantur stupra honestissimarum fœminarũ; & quod alias, ut festivè JCtus ait l.

ait l. 27. D. De Hered. pet. *etiam in honestorum virorum prædijs lupanaria exerceantur:* quo etiam alludit Catullus; *ille domum nobis atq; dedit dominam.* Quare Nerone delapso in amorem libertæ Actæ, & abhorrente ab uxore Octavia nobili fœmina & probitatis spectatæ, ne quidem severiores amici principis aversabantur. *Metuebatur enim*, inquit Tacitus, *ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet, si illa libidine prohiberetur.* Ceterum erat hoc bono fisci atque ærarij. Nam sub Severo Imp. hujuscemodi prostibula sicut & ipsi Lenones solvebant vectigal à questu meretricio, idque in ærarium referebatur, ad refectionem publicorum ædificiorum, ut amphitheatri, circi, aliorumque. Cui simile est illud Deuteron: 23. *Extraneo tuo fœnerabis, at fratri tuo non;* idque Judæis indultum fuit propter duritiem eorum: & illud Christi ad Pharisæos apud Matth. cap. 19. *Moses, pro duritia cordis vestri, permisit vobis dimittere uxores vestras; ceterum à principio non fuit ita.* Ejusdem farinæ est Lex Valeria, quæ permittebat Tyrannum interficere, & postea causam dijudicare; idque propter periculum moræ: sicut & latronem & seditiosum statim licebat interficere, & postea ad principem scribere, l. 6. D. De injust rup. irr: testam. Ceterum, ut dixi, pleraq; jura dominationis regiæ huc referri possunt. Eadem enim fuit ratio in Spurio Melio; quæ in Sejano & Cæcina: Spurius Melius ille quod in libera Republ. regnum affectaverat, & à Dictatore ad causam dicendam vocatus minime paruerat; quin potius quiritando multitudinem concitaverat, à magistro equitum in publico obtruncatus est. Sed rursum inquies; iniquè verò, non auditus, non damnatus. At enimvero publico judicio cum illo agi non potuit, nisi cum seditionis periculo: & fortasse partium favore è reatu fuisset elapsus. ne repetam illud, quod hæc iniquitatis species utilitate publica tegitur & recompensatur. Ut enim in omnibus actionibus politicis, ita cumprimis in hac materia locum habet illud elegantissimi Poetæ:

Me-

CAP. XIX.

Lupanaria.

Fœnatores.

Διγαμία.

Lex Valeria.

Iniquitas magnorum exemplorum.

CAP. XX.

Medio de fonte Leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat:

Quibus multa alia addi possunt, multa etiam exemplis illustrari: Mihi, ut ait Plinius in Epist. *harum rerum difficilior fuit electio, quam inventio:*

CAP. XX.

Jura dominationis democraticæ. Parricidium Timoleontis; cujusvis parricidij detestatio.

PLÆRAQUE ex his omnibus competunt etiam populari Reipublicæ, in qua multa cum singulorum salutis causa, tum etiam præsentis Reipubl. conservandæ gratia fiunt, ac paullo quidem iniquius: quibus tamen iterandis supersedeo, quod ex prioribus sumere, & huic formæ accommodare cuivis in proclivi est. Non tamen possum mihi imperare, quin huc referam parricidium illud Timoleontis. Hic fratrem suum Timophoontem, qui tyrannidem moliebatur, multisque adeò viris magnis in Republ: extrema quæque minitabatur, nequicquam monitum ut absisteret, confestim confodi jussit, & quidem intra parietes. Cujus rei cum Timoleontem pæniteret, & idcirco se à publicis negotijs subduceret, Teleclides eum vehementer increpans; *si*, inquit, *decertaveris præclarè, tyrannum te occidisse arbitrabimur, sin minus, fratrem.* Sane haud id fecit odio fratris incitatus, sed incredibili amore patriæ impulsus, neque tam privata autoritate, quam publica: erat enim ex principibus Senatus. Ac quidem legibus Romanis tantum abest, ut in eos, qui vel parentes vel filios hostes patriæ interfecerant, animadversum sit, ut potius præmijs fuerint adfecti, ut est in l. 25. D. De Relig. & sumpt. fun: Quare mihi Timoleon non magis

Fratricidium Timoleontis.

parri-

parricida erit, quam Manlius ille, qui filios perduelles interfici jussit; vel Servilius Hala, qui Melium affectati regni accusatum obtruncavit. Et quidem dolorem, quem ex morte fratris conceperat Timoleon, vehementer perstringit Plutarchus: *Usq; adeo*, inquit, *judicia hominum vacillant, & quibusvis laudibus vel probris in transversum rapiuntur: sicut edones illi ingenti æsurie capti ingluiunt cibos, sed satiati nauseant, , ita nos rebus perpatratis animum abjicimus.* Hæc ille in Timoleon: Ac nescio, an non aliquo pacto excusari possit Nero de cæde matris. Consideranti enim mihi historiam totam, occurrunt multa scelera & affectati regni indicia: veluti, quod, præter alia, tribunos & centuriones comiter excepit; quod nomina & virtutes nobilium in honore habuit; quod ducem quæsivit & partes; aliaque id genus dominationis arcana invasit. Imo ipse Burrhus & Seneca, teste Corn. Tac. eò descensum credebant, ut nisi præveniretur, Neroni pereundum foret. Id quod carpit Octavia illa apud Senecam: — Matricidium Neronis.

Extinguat & me, ne manu nostra cadat.

Ceterum est tamen res atrox, & ab affectione atque naturali pietate alienissima. Neque aliquis facile in necem suorum juraverit, nisi qui omnibus affectibus bellum indixerit. Rectè Justinus lib. 16. *In parricidio, nulla satis justa causa ad sceleris patrocinium prætexi potest.*

CAP. XXI. — CAP. XXI.

Quomodo hæc jura inserviant relligioni. Hæc jura dominationis cedunt divino juri: Prętextus relligionis. Αὐτονομία, varietas relligionum.

CAP. XXI.

HÆc dominandi jura, tantum abest ut relligionem depravent, vel pietati adversentur, ut potius ei inserviant. Id enim efficiunt, ut relligio in republica sarta tecta sit, & rite colatur. Neque hercule juris nomine dignum est, quod divinæ legi, quod relligioni contrarium sit. Sunt equidem hæc jura instar clypei, & veluti propugnaculum summæ potentiæ, ad securitatem præstandam civitatis principi, veluti personæ publicæ, quive rerum caput est, & cui fas est omnia Reipubl. membra cedere fascesque summittere: Verumtamen habet hæc majestas terminos suos; ut sunt relligio, pudor, fides. Hæ enim veluti victrices Deæ frænum injiciunt potentiæ humanæ, cohibentque, ne ulterius progrediatur, quam lex divina patitur. Hinc Poeta: *Dijs te minorem quod geris, imperas.* Quare in Romana Republ. cum de Campanorum petitione Senatus consultus esset, etsi magnæ parti, urbs maxima opulentissimaque Italiæ, uberrimus ager, marisque propinquus ad varietates annonæ, horreum populi Romani videbatur; tamen tanta utilitate fides antiquior fuit, ut præclarè refert Livius lib. 7. Et fortiter Achæorum ille Prætor, *Veremur*, inquit, *vos, Romani, & si ita vultis etiam timemus, sed plus veremur & timemus Deos immortales*, Livius lib. 39. Quare in eos etiam meritò hoc jure animadvertitur, qui absque ulla probabili causa, vel ambitione quadam incitati, vel studio novarum rerum inducti, in relligione temerè aliquid mutant, novas, neque dum tot quamtumvis consilijs habitis, decisas quæstiones obtrudunt, animas curiosorum hominum cruciant, celum terramque miscent. Quæ insolentia compesci debet in ijs, qui, ut cum Tacito meo loquar, *relligionis specie in ambitionem delabuntur*: de quo cavit l. 2. D. De extraord. Crimin. Est equidem Relligio, pura ceteroquin atque incorrupta, veluti puella, verum tot fucis, totque cerussarum generibus inficitur atque obfuscatur, ut quicquid agitur, hæc sola obtentui sumatur. Unde Lucret:

Iura Dominationis cedunt juri divino.

Relligionis obtentus.

quod

quod sæpius olim

Relligio peperit scelerosa atque impia facta.

& Tacit. 1. Annal. *Pietatem erga parentem & tempora Reipubl. sumta:* qua specie etiam Sinon ille utitur apud Poetam 2. Æneid.

Hanc pro Palladio, moniti, pro numine læso
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.

Profectô libido dominandi unicum ferè hoc pallium sumit; cum tamen Relligio populo invito obtrudi nequeat, nedum cogi, ut quod non credit, credat tamen. Verè enim Tertullian: *Hoc ad irreligiositatis elogium concurrit, adimere libertatem Relligionis, & interdicere opinionem divinitatis; ut non liceat mihi colere quem velim, sed cogar colere, quem nolim:* & Curtius, quantumvis profanus scriptor, lib. 8. *tanquam perinde animis imperari possit, ac linguis.* Quod enim ajunt, ex hac relligionum differentia oriri seditiones; quin ergo puniunt eos, qui Rempub: turbant, ijs vero parcunt, qui Reipub. pacem diu noctuque moliuntur, Deumq; immortalem de salute publica precibus suis fatigant. Non enim Relligio, hæc, vel illa, seditionis causa est; sed depravatissimorum hominum vecors, atque corruptus animus. Ideo Orosius: *Rerumpublicarum mala non nasci ex relligione, sed fuisse semper in universo terrarum orbe.* Mihi hoc caput concludere libet pulcerrimâ atque vere Christiana sententia Scipionis Ammirati in Tacit: *Et perche*, inquit, *la relligione è cosa maggiore come habiam detto, della ragione distato, & fasi conti suoi diversamente, da quelli de gli huomini, & non si da proportione dalla cose temporali all' æterne: conviene, in tali accidente, te ricorrer priemieramente alla relligione, & veder, si ella ti si oppone; perche in tal caso, bisogna accommodar la ragione di stato alla relligione, & nan la relligione alla ragione di stato.* Et quæ plura hac de re disserit prudens sanè ac disertus scriptor.

Αὐτονομία.

Relligio non est causa seditionum.

CAP. XXII.

Similia exempla, cùm ex ſacris, tùm ex jure civili deſumpta. Sacrilegium Friderici Barbaroſſæ. Modus non legitimus, non ordinarius. Quomodo princeps corfirmet ea, quæ non jure facta ſunt.

SED & multa alia, tam in ſacris litteris, quàm jure civili, reſpectu tum publici boni, tum etiam aliarum circumſtantiarum, contra æquitatem naturalem, atque jus ordinarium ſive commune conſtituta ſunt, quorum nonnulla huc referre libet. Olim nefas erat pane propoſitionis veſci præter Sacerdotes & Levitas: ſed cum David fame periclitaretur, non veritus eſt à Sacerdotib. petere, neq; Sacerdotes abnuerunt. Quo argumento utitur Salvator noſter adverſus Phariſæos, cum quidam fame coacti die ſabbati ſpicas vellerent, & fricata grana comederent. Quorum exemplo Fridericus Ænobarbus, cum premeretur inopia commeatus, loca ſacra invaſit: poſtea verò Epiſcopatus illos inſigni & ampliore remuneravit beneficio, ut refert Friſing: Qua de re Guntherus lib. 2.

Panis propoſitionis.

Sacrilegium Friderici Ænob.

Mentis quippe bonæ proprium eſt, agnoſcere culpam,
Culpa ubi nulla ſubeſt.

Secundum quæ limitandam eſſe exiſtimo l. 9. D. Ad l. Jul. pecul. Sic Jure Canon. adventante hoſte, divinam domum, vel ſacram turrim munire licet, & loco propugnaculi habere. In jure porro civili quot & qualia ſunt? Nonne lex generaliter vetat, cogi invitum, ut rem ſuam

Leges repugnantes Iuri ordinario.

tendat l. 11. C. De contrah. emp. ac tamen difficili tempore ad ædiles spectat, ut annonam urbi sufficiant, possessoresque, ceteris justo pretio copiam ejus facere jubeant. l. 6. D. De Extraord. criminib. lex enim quamvis amplis. verbis concepta, interpretatione restringitur, ne publicæ utilitati desit. Quid? nonne adversus leges rationemque naturalem receptum est, ut filius, tametsi non heres, pro primipili debito teneatur, atque uxor in pignore posteriorem causam habere censeatur. l. 4. C. De primipil? Sic in l. 31. D. Depositi. pugnant jus naturale sive gentium & jus civile. *Si*, inquit Triphoninus, *naturale & gentium jus intuemur, ei qui dedit, restituenda sunt; si civile jus, & legum ordinem magis, in publicum deferenda sunt*. Sic lege constitutum est? ne quis sibi jus dicat; ac tamen si judex copiam sui non faciat, propriâ autoritate illatam injuriam ulcisci nihil prohibet. Similiter tutor suspectus removetur, etiamsi non dubitet, finita tutela, rei male gestæ rationem reddere. Eodem modo impuberes matrimonio conjungi prohibentur; suadente pacis utilitate. Ejusdem notæ est l. 11. D. Ad l. Jul. Majest. l. 10. §. 16. D. Quæ in fraud. cred. fact. sunt. Qua ratione judex famosum latronem neci dat, tametsi ad ejus Jurisdictionem non pertineat. Cui simile exemplum est apud Tacit. 1. Annal. Jusserat Menius Castrorum præfectus duos seditiosos supplicio affici, contra jus militare: Nam ut testatur Vegetius lib. 2. Ad præfectum castrorum solum pertinebat castrorum positio, valli & fossæ designatio, impedimentorum militarium cura: jus verò plectendi militis, erat prætoris, vel legati, quem gladio succinxerat princeps, hoc est, ductoris exercitus. l. 9. D. De. custod. reor. Itaque addit Histor: *factum id esse, bono magis exemplo, quam concesso jure*: & ut vulgariter loquimur, extra ordinem. quod enim lex omisit, relligio magistratus omittere non debet. l. 13. D. De. Testib: idque recte voces modum extraordinarium, quemadmodum Sueton: in Aug: *non le-*

Modus extraordinarius.

CAP. XXII. Modus non legitimus.

gitimum & ordinarium modum: & Maro, *sine more*, quod Græcis est παρανόμως. Omitto nunc alias circumstantias, quas *appendices & momenta* appellat Agellius; ut sunt levium delictorum frequentia, contumacia, locus, tempus, & id genus alia, quorum respectu jus ipsum, non tantum à Philosophis, verum etiam ab ipsis legum autoribus, sæpenumero vel restrictum vel ampliatum fuit: idque D. Augustinus ait. *Imperatorem habere potestatem alias leges ferendi; non temere quidem, sed ex justa causa, & Reipublicæ salute; atq; adeò confirmandi etiam, quæ non jure facta sunt.* Unde etiam in jure civili, contractus principales, pro justis & legitimis habentur, etiamsi non legitimè facti sint. Et hactenus de Jure Dominationis.

FINIS
LIBRI QUARTI.

ARNOL-

ARNOLDI CLAPMARII DE ARCANIS RERUMPUBLICARUM LIBER QUINTUS

CAP. I.

QUID sint dominationis flagitia: quomodo appellentur. Consilia Machiavellistica. Vis dominationis. Jus concinnatis mendacijs adumbratum: callidæ & malitiosæ juris interpretationes: sanguinaria Justicia: voluntas cruenta, la cattiva ragione de stato, gefährliche Rechten. Domus augusta, Hauß Østereich/ secreta noctium.

EA est natura summi ac vasti Imperij, ut nonnunquam permagni intersit, ab æquitate recedere, ut ex præcedenti libro constat. Verum tamen haud adeò longe deflectendum est, ut res

CAP. I.

CAP. I. res ad Tyrannidem deveniat. Est enim Dominatio medium quiddam inter civile Imperium, & Tyrannidem: quæ, si omisso altero, ad Tyrannidem vergit, non amplius est Dominatio, non Jus, non Imperium, sed summa injusticia atque extrema tyrannis; & ut appellat Tacit. *Flagitium Dominationis.* lib. 14. Annal. *Temporum Claudianorum obliqua insectatione, cuncta ejus DOMINATIONIS FLAGITIA in matrem transtulit.* sicut & alibi, *militiæ flagitia:* Itali la cattiva ragione di stato. Ac rectè quidem jura illa dominationis inter odiosa referas, à quibus, secundum interpretes, omnino recedere non oportet, sed quæ præfractè & ad litteram accipiuntur: ceteroquin non essent limitatio, non exceptio, sed transgressio, sive ut Aristot. vitiosas respubl eleganter appellat, παρέκβασις quædam; sed fœdæ atque barbaræ rationes, atque scelera dominationis conservandæ atque augendæ; & ut uno verbo hodie loquimur, consilia Machiavellistica, quæ Principes, quantum potest, vitare debent. Vere ac supra sexum, Livia illa ad Augustum, *Oportet te*, inquit, *nihil facere per iniuriam; sed nec omnino facere videri. Nam privatis quidem hominibus satis est nihil delinquere; principibus ne quidem suspectis esse licet* Et Thesæus apud Senec. in Herc:

Scelera taxantur modo majore nostra.

Ac tamen juris nomine teguntur. Hinc Tacit: *Nam quæ alij scelera, hic remedia vocat, dum falsis nominibus, severitatem pro sævitia, parsimoniam pro avaritia, supplicia & contumelias vestras disciplinam appellat.* Ceterum hujuscemodi flagitia Tacit: alibi appellat *vim Principis*, lib. 5. Annal. *sed paratos ad ultionem vi principis impediri:* alibi *vim Dominationis*; sicut & Paterc. lib. 2. *Marullus pœne vim Dominationis expertus est.* Cicero 1. offic. *callidas & malitiosas juris interpretationes.* scriptor Dialogi De Orat. *sanguinariam sententiam.* Ammian: *Jus concinnatis mendacijs adumbratum*; item *Jus cruentum*; item *voluntatem cruentam*, quam opponit civili ac justo Impe-

Marginalia: Tyrannis. — Dominationis flagitia. — Consilia Machiavellistica. — Vis dominationis. — Malitiosæ juris interpretationes. — Ius cruentum.

Imperio. 15. lib. *Civili*, inquit, *justoq; imperio ad voluntatem converso cruentam.* Germani efferunt per gefärliche Rechten. Cujus farinæ est illud Cæsaris, *regni causa sceleratum esse:* & illud Euphemi apud Thucyd. ἀνδρὶ τυράννῳ ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ, οὐδὲν ἄλογον, ὅ τι ξυμφέρον: *principi nihil est injustum, quod fructuosum*, & Eteoclis apud Euripid, *regni causa jus violandum esse*, & Senecæ, *ubi honesta tantum dominanti licent, precariò regnatur*; & illud Taciti de Agrippina: *Nihil domi impudicum, nisi quod dominationi expediret*; & Lepidi apud Sallust: *nihil gloriosum, nisi tutum*; *& omnia retinendæ dominationis honesta esse*; & Luciani illud:

CAP. II. Voluntas cruenta.

> *Sceptrorum vis tota perit, si pendere justa*
> *Incipit.*

Differunt ergo jura dominationis, à flagitijs dominationis, imò hisce veluti opposita sunt. Primò, quia in his tantum utilitas privata spectatur; in illis & privata & publica: hæc fiunt explendæ crudelitatis & libidinis; illa tranquillitatis publicæ conservandæ. Denique in illis habetur ratio divini numinis, honestatis, fidei, pudoris; in hisce hæc omnia læduntur ac pedibus conculcantur. Utraque tamen sunt occultæ & reconditæ rationes imperij firmandi, augendique. Quo minus mirum alicui videri debet, hæc à me referri ad arcana Rerumpubl. Addo, quod ipse Tac. lib. 1. Annal. appellat *arcana domus*, vel ut nostro ritu loquar, arcana Aulæ. Domus enim pro aula usurpatur, sicut & Dominatio pro Imperio. Tacit. *gravis domui Cæsarum noverca:* quod etiã nos retinemus, Hauß Osterreich / Hauß Sachsen: sic alibi libidines augustæ domus, Tacit. vocat *secreta noctium*.

Differentia inter jura, & flagitia dominationis.

CAP. II.

Arcana domus: quomodo differant

CAP. II.

rant à flagitijs dominationis. Dominationis Magistri. Plebis Magistri. Particeps secretorum, Arcanorum arbiter. Imperij æmulos è medio tollere: conjunctam domum, sive aulam cum republ. habere.

Iura Palatina aulæ.

ARCANA domus à Corn: Tac. non aliter, nisi in malam partem accipiuntur. Non enim sunt jura illa aulæ, vel leges & jura Palatina, quorum à scriptoribus rei Germanicæ toties mentio fit; sed mera Dominationis flagitia. Differunt tamen identidem inter se; quod illa proprie sunt occulta, & quasi domestica sive privata consilia, hoc est, occultæ artes atque aulicæ scelera in domo Augusta dominationis conservandæ, & per quas illi quovis modo opprimuntur, qui præsenti dominationi obstare atque inhiare videntur; & committuntur ferè in fratres, consanguineos, alijsque necessitudinibus conjunctos; de quo cape illud Tac. 12. Ann. *Nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret.* Flagitia autem dominationis sunt generaliora, & totam imperandi rationem respiciunt. Ex: gratia. In domo Turcica videntur arcana domus esse perpetua illa parricidia: flagitia vero Dominationis Turcicæ foras exeunt, & sunt ipsa violenta ac nefaria dominandi ratio. Unde Tacit. qui hæc callebant, appellat *Dominationis Magistros,* vulgus hodie Machiavellistas: veluti in populari Republ. Livius Tribunos appellat *plebis magistros:* qui illa; *participes secretorum: Particeps,* inquit, *secretorum Sallustius;* & Sueton: de Ottone, in eadem causa, *consiliorum secretorumque particeps;* & de Hephest. Curt. lib. 3. *secretorum*

Differunt inter se arcana domus. & dominationis flagitia.

Dominationis Magistri. Plebis Magistri.

Secretorum particeps.

omnium arbiter. & de Philota lib. 6. *omnium arcanorum regis arbiter*; Ejus exemplum est illustre in libr. 1. Annal. apud Tac. Defuncto enim Augusto, postquam Tiberius imperium occupasset cum magna, sed simulata tergiversatione; primum dum omnium æmulum & socium Dominationis, ac veluti consortem Imperij, P. Agrippam, immisso centurione interfici jussit. *Nuncianti enim centurioni, ut mos militiæ, factum esse quod imperasset; neque imperasse sese, & rationem facti reddendam apud Senatum respondit, quod postquam Salustius Crispus particeps secretorum comperit, monuit Liviam, ne ARCANA DOMUS, ne consilia amicorum, ministeria militum, vulgarentur; neve Tiberius vim principatus resolveret, cuncta ad senatum vocando.* De eadem re Plinius: *Juxta hæc*, inquit, *Postumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem: inde suspicio in Fabium, ARCANORUMque proditiones.* Primum, intererat, & ad securitatem Tiberij pertinebat, æmulum, & quasi obicem imperij, propter ingenij ferociam removeri. Quod tolerari posset, si alio leniore usus fuisset remedio: quod ipse Augustus perfecerat, ut sancito Senatusconsulto in Insulam Planasiam relegaretur: verumtamen in nullius unquam suorum necem duravit. unde Tacitus in Tiberio appellat *primum facinus novi Principatus.* Deinde ait, arcana domus non esse vulganda, ne nimirum discreta sit aula à Republ. De quo idem Tacit: *non data*, inquit, *Senatus copia, intra cubiculum auditur.* At vero de Neronis initio; *discretam* inquit 13. Annal. *ab illo domum & Rempubl. fuisse:* item, *non se negotiorum omnium judicem fore, ut, clausis unam intra domum accusatoribus & reis, paucorum potentia grassaretur:* hoc est boni Principis, illud vero Tyranni. Quam enim diversa sunt à Tarquinij illius superbi Imperio, de quo Livius lib. 1. *L. Tarquinius regum primus, traditum à principibus morem, de omnibus Senatum consulendi, solvit; domesticis consilijs Rempubl.*

CAP. II. Arcanorum Secretorum arbiter.

Arcana Domus.

Domesticis consilijs Rempubl. administrare.

CAP. III. *administravit:* & postea, *cognitiones capitalium rerum, sine consiljs, per se solus exercebat:* & Cicero: *in interiore ædium totius Reipubl. nundinæ.* Eadem fuit fraus Neronis: de qua Sueton. *conscriptas ab uno quoque sententias, tacitus à secreto legebat; quid ipsi libuisset, perinde atq; pluribus idem videretur, pronunciabat.*

CAP. III.

Flagitia dominationis regiæ. Incestus, nuptiæ illegitimæ. Adulteria perpatrare regni causa. Divortia: Dispensationes Pontificum: regio more agere, sine legum metu. regia verba.

Triplicia Dominationis flagitia.

SUPRA triplicia feci Dominationis Jura: nunc totidem facio flagitia; ut sunt flagitia Dominationis regiæ, Dominationis Aristocraticæ, & Dominationis popularis. Est enim, inquit M. Tul. etiam in populo tyrannis. Sed primum videamus de flagitijs regijs; qualia sunt eorum, qui incestas nuptias contrahunt, vel divortia pro lubitu faciunt, cum dominationis augendæ, tum libidinis exercendæ causa. Illud puto fuisse, quod Absolon cum concubinis patris, hoc est, regijs, concubuit; & quod Sueton. de Augusto refert. *Augustus*, inquit, *adulteria exercuit, non libidine, sed ratione commissa, quo facilius consilia adversariorum, per cujusq; uxores exquireret:* & illud Taciti de eodem. *Abducta Neroni uxor, & consulti per ludibrium pontifices, an concepto, nec dum edito partu, rite nuberet;* & de Tiberio: *sceleribus & libidinibus adeò indomitis exarserat, ut more*

Flagitia regia.

Augusti adulteria.

Tiberij libidines.

more regio, pubem ingenuam stupris pollueret: & postea: *tunc primum ignota ante vocabula reperta sunt, sellariorum, & spintriarum, ex fœditate loci ac multiplici patientia: præpositique servi, qui quærerent, pertraherent, dona in promptos, minas adversus abnuentes, & si retinerent propinquus aut parens, vim raptus, suaque ipsi libita, velut in captos, exercebant.* Sic, quod Ptolomæus sororem suam in matrimonium duxit, hoc flagitio fecit dominationis: quo pertinent omnes ferè dispensationes Paparum repugnantes Juri Divino, & cumprimis Martini V. ut quis possit impunè matrem aut consanguineam carnaliter cognoscere, sororem in matrimonio habere: ut Monacho liceat uxorem ad tempus habere, & prole suscepta, ut tum pater patratus, demissis auriculis, ad suum cucullum redeat, de quib. vide Hottomanum in Bruto fulmine. Idem flagitium committunt, qui pro libidine sua divortia faciunt. Quanto modestius Henricus III. Imp. postquam jurasset, se cum uxore sua nullas nocturnas aut maritales operas habuisse, ac frustra tamen dissidium peteret, respondit: *Si id fixum obstinatumque vobis est, imperabo egomet mihi, feramq; hoc onus ut potero, quod deponere non valeo.* Aurea profectò sententia, & quanto melior illa? *Si licet, libet.* Ceterum Tacitus in dicto loco morem regium appellat, quod alias flagitium dominationis. Similiter Sallust, *de vita atque tergo, more regio consuluit:* quo alludit Juvenal.

Dispensationes Papæ.

Mos regius.

Regia verba.

Scripturus leges, & regia verba lanistæ,

Id Seneca paulo aliter in Herc: fur:

Regamq; cuncta sine legum metu.

Quorum immania atque infinita sunt exempla, utique eorum, qui per adulteria ad regna grassati sunt; quemadmodum Sejanus ille, Livia uxore Drusi cognita, Druso insidias vitæ struxit, sibique viam ad imperium fecit: ut innumerabilia omittam, quæve odiosa sunt. Neque enim tot turpissimorum exemplorum commemoratione capitur liberalis Lector.

CAP. IV.

Atheismus. In fidei negotijs velificari. Sacra diripere: & per satyram, An Romani pro tempore relligionem interpretati sint? Superstitio præstat Atheismo.

Romanorum relligio & pietas.

APUD Romanos, ceteroquin Ethnicos, magna fuit relligionis reverentia; atque haud scio, an uspiam major. Valer. Max: *Omnia*, inquit, *post relligionem ponenda semper duxerunt, etiam in quibus summæ majestatis decus conspici voluerunt. Quapropter non dubitarunt, sacris Imperia servire; ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si divinæ potestati bene & constanter fuissent famulata.* Quo magis falsò insimulantur relligionis neglectæ, & quod pro tempore relligionem suam interpretati sunt: hujus enim irreligiositatis eos arguit Machiavellus, eamq; probare nititur. Atque & in hoc impius est, & in illo falsus. Equidem nulla gens relligionis tenacior fuit Romana; quo nomine nunquam ad Senatum retulerunt de rebus humanis, nisi prius excussis sacris. Varro. *Prius de divinis, quam de humanis rebus ad Senatum referendum est*; & Livius lib. 6. *Consules, nulla de re prius, quam de relligionibus Senatum consuluère.* Multo minus Papirius pro libidine sua augurium interpretatus est, sed prout nunciaverat pullarius. Qui enim auspicio adest, si quid falsi nunciat, in semet ipsum relligionem recipit. Itaque illud Livij, de Papirij filio, *ante doctrinam Deos spernentem nato*, non intellige respectu Imperatoris, qui interpretabatur tripudium ut nunciatum erat, sed respe-

Arguitur Machiavellus.

Tripudium falsò nunciatum.

ctu pullarij, qui propterea inter prima constitutus, emisso temerè pilo, ante signa cecidit, & suum ipsius scelus expiavit. Sic Gabinius, quod contra relligionem & Senatusconsultum Ptolomæum in regnum cum exercitu Romano reduxisset, damnatus est, ut refert Dion lib. 39. in quam sententiam recte disputat Ammiratus adversus Machiavellum, politicum magni acuminis & judicij, sed minus sanæ ac piæ mentis. Quæ cum ita sint, pudor est nostræ gentis, relligionem pro libidine uniuscujusque, in hanc vel illam sententiam torquere, adeòque susque deque habere regni causa. Isti enim magnorum Heroum sermones, regnum aliquod uno errore dignum esse; & id genus alij, non facile in exemplum rapiendi sunt. Equidem in rebus civilibus licere promontorium flectere; atque ut Ulpianus ait, *alio atque alio modo agere*, non nego; imò laudi duco: an verò hoc liceat promiscue, & unicuique, in causis relligionis ac fidei nostræ, mihi, ut verum fatear, neque dum exploratum est: cùm præsertim magnorum Principum ea sit conditio, ut exemplo suo alios trahant. Scio ego, & probo dictum illud magni & pij Theologi, *Ecclesiæ vulnera leniter tractanda esse; verumtamen ita leniter, nè nimis molli & perfunctoria cura, pus contrahant, atque inflammentur.* Pudendum etiam illis est, qui promiscuè, jure, ut ajunt, vel regni vel belli, sacra hostium diripere audent, atque depopulari: & veluti Guntherus de Cardinalib: Pontif. refert lib. 6.

In negotijs fidei τὴν ναῦν τεμεκεῖν.

Sacras ædes spoliari.

Divinas spoliare domos, sacra tollere vasa,
Excoriare cruces, abrumpere textibus aurum,
Omnia, quæ possunt avidè corradere sævis
Unguibus, & secum collecta referre &c.

Atqui non hoc jus est, sed summa impietas. In qua, Romani aliæque gentes nobis, Dij immortales, quanto humaniores. Livius lib. 1. *Templis tamen Deûm, ita enim edictum ab rege fuerat, temperatum est*; & alibi: *Edictum fuit, ut auro sacro abstineretur.* Sic Solymannus præ-

Solymanni pietas.

CAP. V. præſtantiſſimus Turcarum Imperator, in omnib. expugnationibus, à ſacris etiam hoſtilibus, & ſecundum ſuam relligionem profanis, abſtinuit: cujus rei duæ mihi occurrunt cauſæ. prima eſt, ut ſua ſacra hoſtimento veluti fruerentur, & eodem in urbium vaſtationibus jure: altera, ut hac pietate, ſe & ſuis, & ipſi hoſti venerabilem faceret: idque aſſecutus eſt prudens, talis enim fuit, & cum quovis veterum comparandus princeps. Quare Cæſar, ut ſibi laudem, Pompejo verò invidiam conciliaret, Pompejum coarguit, quod ſacram pecuniam, omniaque ornamenta ex fano in oppidum Gades intulerit, & divina humanaque jura permiſcuerit: quamvis nec ipſe Cæſar à ſacris abſtinuit, ſi Suetonio credendum eſt: Sed, ajunt hodierni noſtri illi Stratiotæ; nimis hoc ſuperſtitioſum videri: quibus mihi reſpondere libet verbis magni ilius J. Cæſar. Scaligeri, quive mihi inſtar veterum eſt. *Nulla humana opera melior, ad cultum divinum augendum, quam ſuperſtitio. Quemadmodum ambitio vitium eſt ipſa, maximarum autem virtutum mater; ita ſuperſtitio; de qua paulatim cum aliquid auferas, quaſi urſæ catulum lambendo formas. Ac qui nudam illam ac ſimplicem relligionem ab initio hauſerunt, minimo quoque argumento labefactantur, leviſſimo attritu gracileſcunt, atque tandem ἄθεοι fiunt. Ex his numerum novimus nos pœne infinitum.* Hæc incomparabilis Scaliger.

Superſtitio præſtat Atheiſmo.

CAP. V.

Tarquiniana papaverum decusſio. Sceleſtum conſilium Alexandri Pontif: Fratricidia Turcarum.

Imma-

IMMANIA sunt exempla conjurationum adversus Principes; & de re litterariâ meriti sunt, qui ea omnia collegerunt: quos valde vellem, etiam in ipsorum Principum sceleribus, & veluti conjurationibus adversus viros egregios conscribendis, operam vel tralaticiam consumere, & fortasse centuplo majora & atrociora repperirēt. Nota est Historia Lucij Tarquinij, quomodo is, ex præcepto patris, primores Civitatum Gabiorum confecerit, criminando alios apud populum, alios sua ipsos invidia oportunos interemerit, multos palam, quosdam in quibus nimis speciosa criminatio erat futura, clam interfecerit, quosdam in exilium egerit, idque regni & securitatis causa. Eadem de patre ipsius Livius, Tarquinius primores patrum, quos Servij rebus favisse credebat, interfecit, conscius, male quærendi regni, ab se ipso, adversus se, exemplum capi, *neque enim ad jus regni, quicquam præter vim habebat*. Qua quidem arte permulti ad imperium grassati, & occupatum tuiti sunt. Atque eandem insisterent viam hodie multi, nisi ipsorum crudelitati atq; impietati obviam iret immortalis Deus. Cujus fraudulentæ malitiæ nuspiam major fuit seges atque φορμὴ, quam in Pontificatu. Id quod molitus dicitur Alexander Pontifex, in consilio, quod ab immanitate scelestum appellatum est; ut omnes Reguli, qui sub ejus Imperio essent, ad unum interficerentur: id quod magnam partem factum est, summa cum Pontificum infamia apud posteritatem. Idem, ad montem Vaticanum instructo convivio, Cardinales aliquot veneno tollere decreverat, ipse verò errore ministri, vel potius consilio justi & immortalis Dei, à lagenis falernum aconito dilutum ebibit, ac fœdè perijt. Sic, ut ait Livius, *fraude visus agere, sua peremtus est mercede.* Par est crudelitas Turcarum adversus fratres, affines, Bassas, Visieros. Et cum hodiernus Imp. permultas mulieres usurarias habeat, nemini dubium est, quin idem, de more gentis futu-

CAP. IV.

Tarquiniorum Tyrannica Dominatio.

Pontificiæ Tyrannides.

Turcici Imperij crudelitas.

CAP. VI. rum sit. Sunt tamen qui existimant, unicum hoc fundamentum esse Imperij Turcici; quorum ego sententiam non deprimo: illud tantum adjungo, quod divinæ majestati, quod pietati naturali, contrarium est, vix diu durare posset. Quin potius hujuscemodi moles, nimia vitiorum atque scelerum multitudine onerata, ventrem faciet, & ruinam minabitur: ut ut hoc verum sit; *regnum per vim acquisitum, bonis artibus gubernari non posse.*

CAP. VI.

Privatas injurias vi magistratus ulcisci. Discrimen personæ publicæ & privatæ. Lex Valeria de Sylla. Lex regia de Imperio Vespasiani.

NULLIUS etiam animi eos esse oportet, ne quid dicam durius, qui quos privatim lædere nequeunt, eos vi magistratus atque imperij ulciscuntur: Quod ex parte tolerandum esset, nisi etiam id jure à se fieri arbitrarentur. Tu verò ne mihi Jus appelles, quod honestati, imperio, dignitatique tuæ repugnat; quodve contra officium est boni judicis, ut est in l. 19. D. De offic. præs? Quanto rectius Livius lib. 39. *Ne suas quidem simultates, pro magistratu exercere, boni exempli esse*; & lib. 42. *Injuria*, inquit, *Cos. Rom, etsi justa, minimè tamen in magistratu exercenda*; & sana est oratio principis alias callidissimi, in causa Pisonis: *Nam*, inquit, *si legatus officij terminos, obsequium erga Imperatorem exuit, ejusdemq; morte & luctu meo lætatus est: odero seponamq; à domo mea, & privatas inimicitias non vi principis ulciscar:* ut

Privatas inimicitias in magistratu exercere.

recte

recte legit Merserus. Et Adrianus Imp. cum rogaretur, an de inimicis, quos habuerat nondum occupato imperio, pœnas nollet sumere? respondit: *illi verò evaserunt*. & Ludowicus XI, à suis monitus, ut puniret illos, quos sibi adversos esse intellexerat, cum adhuc esset Dux Aureliæ: regiè respondit, *non oportere regem Franciæ ulcisci injurias Ducis Aureliani*. Hinc Poeta 10. Æneid. *Rex Juppiter omnibus idem*. Disjuncta enim aula à Republica esse debet: sicut & alia est persona privata, alia publica, quo facit illud Caroli V. scriptum cujus mihi videndi copia fuit. Wir Carll der Fünffte / entbieten dir Carll Ertzhertzogen zu Osterreich ꝛc. Quid igitur fuit aliud Lex illa Valeria, qua Sylla, teste Plutarcho, omnium præteritorum data fuit impunitas, in futurum autem jus vitæ & necis, publicationis bonorum, coloniarum deducendarum, jus regna auferendi, & pro libitu condonandi? quid inquam aliud sapit, quam flagitium Dominationis? Ideo merito Cicero illam *omnium legum iniquissimam dissimillimamq; legis appellat*. Quo laudabilior lex illa de Vespasiani Imperio: *Uti, quæcunq; ex usu Reipubl, majestate divinarum humanarumq; rerum esse censebit, ei agere, facere, jus potestasque sit*. Unde liquet, ea quæ tum majestati Reipublicæ, tum divinis legibus adversantur, Principi nequaquam licere.

Disjuncta aula à Republ.

Disjuncta persona publica à privata.

Lex de Imperio Syllæ.

Lex de Imperio Vespasiani.

CAP. VII.

Percussores & Sicarios immittere. Hostem extra castra & exercitum interficere: arma veneno inficere: in fœminas

 sævi-

CAP. VII.

ſævire. Ars Romana. Cædes Marcelli Cos. Rom. crimen aſſaſſinatus.

Sicarios ſubornare.

EORUM etiam, qui eos, quibuscum de virtute certare nequeunt, per inſidiàs interficiunt, inſignis eſt impudentia & immanis crudelitas: quod flagitium interpretes juris crimen aſſaſſinatus vocant: pulcrè Eurip:

οὐδεὶς ἀνὴρ εὔψυχος ἀξιοῖ λάθρα
κτεῖναι τὸν ἐχθρόν. *Nemo generoſæ mentis clanculum hoſtem occidit:* idque eſt quod exprobrat Alexander Dario. *Impia,* inquit, *bella ſuſcipitis, & quum habeatis arma, licitamini hoſtium capita: ſicut tu, proximè talentis mille, tanti exercitus rex, percuſſorem in me emere voluiſti:* quod Valerius vocat *victoriam non mereri, ſed emere.* Qualis fuit Cæpio ille, qui Viriatum interficiendum curavit, veluti prædo ac latro. Qualis Pontifex ille, Leo X, qui Cavellanum percuſſorem ſummiſit, ut Feltrium, quem bello & aperto marte ſuperare nequibat, interficeret. Ut enim taceam, quod hoc fit contra jus gentium, quod, ut ait Livius, *belli & armorum jura, non minus juſtè quam fortiter geri debent:* ea eſt ratio belli, ut niſi quis palam, & ex condicto depugnans, animos quoque hoſtium devicerit, nullam certam victoriam conſequatur.

Ratio victoriæ.

Nulla eſt victoria major, canit Poeta,
Quam quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.

Quare cum Adgandeſtrius Princeps Cattorum per literas mortem Arminij promiſiſſet, ſi patrandæ neci venenum mitteretur, laudabiliter reſponſum eſt à Senatu Romano, *non fraude neque occultis, ſed palam, & armatum populum Romanum hoſtes ſuos ulciſci.* Digna profectò vox majeſtate Romana: unde Livius paſſim vocat *artem Roma-*

Romanam: quo exemplo Alfonſus ille Rex Neapolitanus Roberto de Pallenta offerenti necem Regis Caſtiliæ reſpondit: ſi ſciam me hac ratione occupaturum totum terrarum orbem, nedum Caſtiliæ regnum, equidem tantum ſcelus non committerem. Nota eſt virtus Fabricij adverſus Pyrrhum, de quo ita Cicero: *Magnum*, inquit, *illud bellum perfuga unus & gravem Imperij adverſarium ſuſtuliſſet, ſed magnum dedecus ac flagitium, qui cum laudis certamen fuiſſet, eum non virtute, ſed ſcelere ſuperatum*. Hæc ille. Nam quod de Mutio, Juditha, Flamminio adferunt, nimirum aliter olent ſues, aliter catuli: & ſunt hæc adeo vulgaria, ut pœne me pudeat nonnulla recoquere. Sed nec ubique hoſtis rectè interficitur, veluti extra caſtra, & exercitum. Quare David vocat homines impios, qui interfecerant virum juſtum in domo ſua, & lecto dormientem. Aliud tamen dicendum videtur de Marcello, qui exploratum exivit, una cum tribunis militum, & non ſine mediocri equitatu. Adde, quod nec flumina corrumpenda ſunt, multo minus arma veneno inficienda. Natura enim armorum eſt cæſim vel punctim lædere: ubi vero veneno inficiuntur, ibi eorum natura atque uſus invertitur. Sed hæc propriè ſunt flagitia belli immania, & ut vocat Cicero, *belluarum ſimilia*: veluti & illud, in fœminas & pueros ſævire. Animoſè magnus ille Macedo apud Curt. lib. 7. *Bellum cum captivis & fœminis gerere non ſoleo; armatus ſit oportet, quem oderim*: idque Brabantiæ Dux ille regem Galliæ docuit volentem novam nuptam Angli intercipere, inquiens, indecorum eſſe adverſus imbellem fœminarum turbam aliquid hoſtiliter moliri.

CAP. VIII.

Hoſtem extra caſtra & exercitum interficere.

Armorum naturam invertere.

In fœminas ſævire.

CAP. VIII.

Fidem frangere. fœdera violare. Fundamentum Reip.

CAP. VIII.

Romanæ fides. Pejuratiunculæ parasiticæ. Invitum cogere, ut quod non credit, credat tamen.

NIHIL pœne constitutum fuisse repperio in Repub. Romana, quin originem sumserit ab incunabulis Imperij. Seneca id innuit lib. 19. Epistol. *Nam cum à primo urbis ortu, regijs institutis, partim etiam Legibus, auspicia, ceremoniæ, comitia, provocationes, patrum concilium, equitum peditumque descriptio, tota res militaris divinitus esset constituta &c.* Tanti nimirum interest Rerumpubl. firma & valida fundamenta poni. Quorum non postremum hoc fuit, ut fides ac juramentum, propulso legum ac pœnarum metu, civitatem regerent, ut ait Livius: idque posteri adeò sanctè observarunt, ut apud illos nihil fuerit antiquius fide; quod & Imp. ait l. 20. C. De Transact. *nihil fidei humanæ magis convenire, quam servare pacta conventa.* Nam quod nobis de Numantina, Caudina. & Pætina sponsione objicitur, perfidia ea non fuit, sed potius lex & jussum, tum populi, tum Principis. Illud verò perfidè Vitellius, quod Sabinum Vespasiani fratrem contra fidem datam circumvenit, atque per milites obtruncavit: adeoque frustra culpam in milites conjecit, cum ad eum misisset Sabinus, cum mandatis & quæsitu, quod pacta turbarentur, ut refert Tacit. 3. Histor: Id quod posteà merito Vitellio exprobratum est; *Sabini cæde, & incendio Capitolij, diremta esse belli commercia.* Sic Prosper Columna, cum esset demissus ex carcere hac conditione, ut per Syngrapham promitteret, sese sub signis regijs militaturum, si intra certum tempus ipsius opera Franciscus, præbito stipendio, uti vellet; Prosper, non pro dignitate sua, Cæsarianis se rursum

Servata fides.

Vitellij aliorumque perfidia.

ſum adjunxit, Jovius: quo nomine eum Lautrechtius haud immeritò perfidiæ inſimulavit, Proſpero neceſſitatem carceris nequicquam excuſante. Sic Julius II. Pontifex jactare auſus eſt, turpiſſimo hercule exemplo, ſe fœdera & ſocietates cum Gallis Germanisque, quos ipſe Barbaros appellavit, non aliter contrahere, niſi fallendi cauſa. Omnia perfidè, neque ullo jure, nedum Dominationis. Quod haud ſcio an non identidem de Franciſco dici queat, qui pactus, ſe vel pacis conditiones ratihabiturum, vel in captivitatem rediturum, neutrum fecit. Quanto rectius Belizarius ille apud Procopium: *turpe eſt*, inquit, *Teutberte, cum alijs omnibus, quibus vel minima virtus eſt cordi, tum imprimis principi viro mentiri ac fidem fallere; jusjurandum autem, & pacta etiam ſcripto ſancita violare, ne abjectiſſimo quidem homini decorum eſſe arbitror.* Iſtæ enim pejuratiunculæ, ut ait Plautus, paraſiticæ ſunt, minimè vero regiæ: Qualem fallaciam perſtringit Poeta: *quo contra jura fidemq;*

Iliacam, rupto turbaſti fœdere gentem:

Pejuratiunculæ paraſiticæ ſunt non regiæ.

Illa etiam pactorum de religionis libertate diſſolutio, quid aliud eſt quam flagitium dominationis: ſicut & illa animorum lenta ac callida carnificina; de qua Nazianzenus. *Illud vero*, inquit, *admodum pravum ac malignum eſt, quod cum nec apertè nos allicere poſſit, nec tyrannicè cogere, præ pudore vellet, leoninæ pelli vulpinam, aut, ſi mavis, Minois larvam ſummæ injuſticiæ prætexens, leniter vim afferebat.* Ornare libet hoc caput corona aliqua de Imp. Claudio, qui rogatus ut ignoſceret Mithridati; dubitavit, accipere captivum pacto ſalutis, an repetere armis rectius foret: nimirum hoc erat anceps ac durum; illud verò tutum, ſed cum neceſſitate ſervandæ fidei conjunctum. Aut enim danda non eſt fides; aut data ſervanda: quod qui capere nolunt, ijs ego tantùm in memoriam revoco calamitates, quæ plerumq;, imò ſemper, perjuros ac perfidos, veluti à tergo, ſequuntur ac manent. De quibus omnib. vide plura. apud Hottomannũ, & alios.

Conſtitutio de religionis libertate.

Carnificina animorum.

Aut non danda eſt fides, aut data ſervanda.

Specie

Cap. IX.

CAP. IX.

Specie colloquij imponere. Jura hospitij violare. Mors Annibalis. Commij, & Pompeij Columnæ ἀπιστία.

Iura colloquij.

NULLO etiam jure se tueri possunt Principes, qui specie amicitiæ atque colloquij hostes suos circumveniunt; quemadmodum Antonius ille, contra jus gentium, regem Armeniorum specie amicitiæ illectum interfici jussit. & Tiberius per dolum arcessitum regem Cappadocum ad mortem impulit. Idem Vononem regem Parthorum, qui pulsus à suis, quasi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, occidit; Sueton in Tib. Qua fraude Biron ille, Athenodorum invitatum ad epulas, per Boxum in convivio obtruncari jussit. Et de rege Thraciæ, cujus fidei Priamus filium suum commiserat cum ingenti copia auri, Poeta 3. Æneid.

Ille ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias victriciaq; arma secutus;
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur.

Iura hospitij.

Quo laudabilius Prusias rogatus à Romanorum legatis ut Annibalem pop. Romano dederet, recusavit, petijtque, *ne à se postularent, quod adversus jus hospitij esset: ipsi si possent, prahenderent.* Æmij l. Prob. in vita Annib: Id quod ne quidem in ipsis Romanis toleravit Livius scriptor gravissimus. *Quantum mutaverint,* inquit, *mores Romani, hic dies argumento erit;* & quæ sequuntur &c. Quanquám Flaminius, teste Plutarcho, quæsivisse visus est, non tam ut in præsenti Annibalem de medio tolleret, quam ut publicus hostis, qui tot clades inflixerat Romanis, vi-

vus Romam perduceretur; idque populo Rom. utile, sibi verò honorificum fore existimabat: De quo ego ἀπορῶ. Ceterum jura colloquiorum sanctissimè, strictissimèque observarunt Romani: Quid enim per Deum supererit sublata colloquiorum securitate, omnique spe concordiæ præcisa? Turcæ hodie, qui disciplinam Romanorum militarem cumprimis æmulantur, tamen in eo ad Barbarorum, hoc est suum ingenium, redeunt, quod jura hospitij, colloquijque parvi faciunt, adeoque turpissimè violant; veluti non ita pridem Mahometes Bosniæ & Rasniæ Regem Stephanum, & Mailatum Transylvaniæ Waivodam specie benevolentiæ ad se vocavit, vivosque excoriari jussit, occupatis Stephani provincijs, ut refert Traduccius in Turca vincibili. De Commio, quem Cæsar per simulationem colloquij interficere voluit, controversia est: Neque enim meo judicio prorsus Cæsar extra culpam est: quanquam Commius toties Romanis reconciliatus sæpissime rebellavit, & ad vomitum redijt, quæ hominis atrocitas atque hostilitas facile Cæsarem exacerbavit, ceteroquin Cæsar jura colloquij sanctissimè coluit. Ita enim ipse de se, *ne*, inquit, *dici possit, eos à se per fidem in colloquio circumventos &c.* Porro illud memorabile est, quod ipse Cæsar de Commio testatur, *cum unicum illud rogasse, ut timori suo concederetur, ne in conspectum cujusquam Romani veniret.* Eadem ἀπιστία fuit Pompeij Columnæ, qui revocatus Romam à Pontifice, nullis pignoribus aut vadibus adduci potuit, ut ad urbem regrederetur: Hujuscemodi dubitationem atque diffidentiam parit suspecta atque læsa fides.

Iura colloquij apud Turcas fere nulla.

Ἀπιστία Commij & Columnæ.

CAP. X.

Supplicia Eusebij, Herdinij, Dolabellæ, Vespini, alio-

Ee rum-

CAP. X.

rumque. Dominationis provisores, Imperiorum Artifices. Notorium. Elogium.

ITA est, nonnunquam salus Reipubl. postulat, ut in herba, & sine ullo, ut loquimur, ordinario processu, opprimantur hostes Reipubl: At enimvero id locum habet, non in suspectis, verum in ijs quorum crimen manifestum est atque notorium. Etenim qui reos, vel perfidia accusatorum, vel levi aliqua de causa, atque ex rumore tantum suspectos, sed neque convictos, neque damnatos ad supplicia rapiunt, flagitio id faciunt, non jure dominationis, non κυρίως, ut loquitur Aristotel. Id ait Tiberius apud Tac. 3. Annal: *non quidem sibi ignara, quæ de Silano vulgabantur, sed non ex rumore statuendum*; & alibi; *oro vos, ne, quia dolori meo causa connexâ est, objecta crimina pro approbatis accipiatis.* Cujus immanitatis nuspiam fit crebrior mentio, quam in Historia Ammiani Marcellini. ut lib. 14. *tanquam licentia crudelitati indulta, per suspicionum nebulas æstimati quidam, noxijs damnabantur*, & de Eusebio quodam, *qui implorans cœlo justitiam, nec confessus, nec confutatus, pœnali est morte mulctatus*, & alibi: *inimico urgente vel nullo, quasi sufficiente hoc solo, quod nominatus esset delatus aut postulatus.* ibidem de Constantij flagitijs: *Jamq; lituis cladium concrepantibus internarum; non celatè, ut ante, turbidum sæviebat ingenium, à veri consideratione detortum, & nullo impositorum vel compositorum fidem solenniter inquirente, nec discernente à societate noxiorum insontes, veluti exturbatum è judicijs fas omne discessit, & causarum legitima silente defensione, carnifex rapinarum sequester, & abductio capitum, & bonorum ubiq; mulctatio versabatur per orientales provincias.* idem de Galba Sueton: *quosdam*, inquit, *claros ex utroq; ordine viros suspitione minima inauditos condemnavit;*

adeo-

Ex rumore statuere.

Constantij flagitia.

adeoque, ut addit Tacit, *tanquam innocentes perierunt:* & Curtius de Alexandro lib. 3. *multos egregios bello viros, & tot gentium secum domitores, indicta causa occidit;* & Livius lib. 1. de Herdinio, qui indicta causa neci datus est; & Cicero in Verrin: *honestissimos atq; integerrimos absentes reos factos, indicta causa, damnasse atque ejecisse.* Qua inquies specie? obtentu nimirum Dominationis contra conjuratos: Sed ô Scelus, ô flagitium? Itane per hujuscemodi crudelitatum iniquitatumque exempla regnum conservari necesse erit? Et ut ut hoc sit, quis quæso mortalium principi credet, in re tam dubia tamque suspecta atque odiosa? Vere Livia illa apud Dionem lib. 52. χαλεπώτατα οἱ πολλοὶ πείθονται, ὅτι τις ἄοπλος ὤν, ἐπιβουλεύσῃ τῷ ὡπλισμένῳ: *ægerrimè vulgus credit, aliquem inermem viro armato insidias struere.* Ac tamen repperiuntur, qui hujuscemodi flagitia ex professo principes docent. Tacitus: *Vitellius*, inquit, *inrepentibus Dominationum Magistris, superbior & atrocior factus, occidi Dolabellam jussit.* Ita enim appellabantur illi, qui hasce dominationis artes callebant, non secus atque olim magistri scripturæ, tabularum, Vicesimæ, pecorum. Livio etiam appellantur *Imperiorum artifices.* Unde & Tacit: 12. Annal. *ingruentium dominationum provisores.* Easdem artes ad unguem edoctus fuit Nero, de quo idem Tacit: *Nero Vespinum, sine ullo crimine & accusatore* & indice, *ad vim Dominationis conversus, occidit*, Cujus farinæ est responsum illud Henrici IV. Imp. cum moneretur, ne Reinoldum Burgundiæ comitem suspenderet: *Cœlum*, inquit, *cœli domino, terram autem dedit filijs hominum.* Impiè, injustè atque nefariè omnia adeoque hoc dominationis flagitio. Sed ajunt rursum illi Dominationum candidati, multos ex hisce nocentes fuisse. Atqui ego nullam causam video, quin in eos secundum leges, & ordinario processu animadverti potuerit, si sontes fuerunt. Præclarè, & non pro more suo, Tiberius, idque velim principibus instar oraculi esse: *non utendum*

Dominationis Professores.

Imperiorũ artifices.

Dominationum Provisores.

CAP. XI. Non utendum Imperio, ubi legibus agi potest.

esse imperio, ubi legibus agi possit; & de Philopœmene Achæorum duce Livius: *non quia salvos esse cupiebat, sed quia perire indicta causa nolebat.* In quo Alexandrum perstringit Curtius lib. 8. *Nullius cædes majorem ei apud Græcos excitavit invidiam, quam quod præditum optimis moribus artibusque, non tantum occiderit, sed etiam torserit indicta quidem causâ; quam crudelitatem sera pœnitentia secuta est.* & regulariter, neminem sine accusatore temere Imperatores damnari voluerunt; de quo vide apud Cujac. lib. 1. obser. c. 33. & Tertulliano; ne quidem ex notorijs vel elogijs Apparitorum, sive Irenarcharum, ut est in l. 6. C. De custod. & exhibit: reo: *quia*, inquit Marc. d. l. *compertum est, non omnes ex fide bona elogia scribere.* Quare recte Pontifex Florentinos sacris Christianis interdixit, quod Salviatum Antistitem inauditum & suspensum laqueo è fenestris præcipitaverant.

CAP. XI.

Sine causa bellum inferre, Jus in armis ponere, belli causas ementiri; alios inter se cõmittere: & nonnihil iniquitatis Romanis aspergitur in occupanda Cypro.

Ακαιρία.

IMMENSA est mortalium atque profunda cupiditas dominandi. Nemo vel maximo imperio contentus est, & hodie regno occupato, cras inhiat alijs, idque, ut ajunt, jure regni atque potestatis suæ. Tu verò mihi jus appelles, in quo ne umbra quidem est justiciæ? Ac tamen alijs superiores se esse rentur, de quibus Lyricus.

Hono-

Honoratum si forte reponit Achillem,
Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis:

CAP. XI. Iura in armis posita.

& Seneca in Hercule Act. 2.

Jus est in armis, opprimit leges timor:

Quale est illud Tiridatis: *Id in summa fortuna æquius, quod validius; & sua retinere, privatæ domus, de alienis certare, regiam laudem esse:* & illud Gallorum apud Livium lib. 5. *se in armis jus ferre, & omnia fortium virorum esse.* Cui simile est, quod respondit Bajazetes ille Turcarum Imperator, qui à Sigismundi Legatis admonitus, ut à Bulgaria abstineret; Legatis in armamentarium suum deductis, subridens innuit, hîc jus suum positum esse, in armis nimirum; idque supra Bulgariam ad orbis terminum se extendere. Eadem est ferè ratio Pontificum, adeoque illud Prophetæ ad se trahunt, ridicule sanè ac præposterè. *Dominabitur à mari usque ad mare, à flumine usque ad terminos orbis terrarum:* de quibus vide in libris Ceremoniarum Pontifical: Romani profecto, & imprimis stante Republ. vix ulli bellum intulerunt, nisi lacessiti injurijs, vel ipsi, vel ipsorum socij atque confœderati: nec tamen in omnibus mihi excusantur. De Cypro occupata militariter, hoc est, ingenuè, ut semper Ammian: Marcellinus: *Nec,* inquit, *piget dicere, avide magis hanc insulam populum Rom. invasisse, quam justè. Ptolomæo enim rege confœderato nobis & socio, ob ærarij nostri angustias, jusso sine ulla causa præscribi: ideoque, hausto veneno, voluntaria morte deleto, & tributoria facta est, & velut exiles ejus exuviæ classi imposita in urbem advectæ sunt per Catonem.* Ejusdem notæ sunt qui belli causas quærunt, nec inveniunt, adeoque speciosas prophases ementiuntur: sicut & illi, qui alios inter se committunt, quos tandem mutuis bellis exsuctos devorent. Quàm artem calluit Pontifex ille, de quo Jovius in vita Columnæ. *Controversiam Columniorum & Ursinorum in immensum alebat, mira simulatio-*

Varias belli causas prætexere.

CAP. XII. *ne, modo his, modo illis favens, & occultè utrisque pecuniam, & arma summittens, ut mutuis attriti cladibus, ab ipso demum, sine negotio delerentur.* & Tacitus de Druso 2. Annal. *Drusus non leve decus quæsivit, inliciens Germanos ad discordias, utque fracto Maroboduo usque in exitium insisteretur:* quanquam hæc ratio in arduis negocijs nonnunquam locum habere videtur. Quales etiam in privata vita sunt hominum pestes, quos Theophrastus in Character: paulo leniore vocabulo appellat ἀρέσκους, ἢ ἀκαίρους: παρακληθεὶς ὃ πρὸς δίαιταν μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ ἢ τῷ ἀντιδίκῳ ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ. *Idem captus arbiter, non ei tantum cui adest, sed etiam adversæ parti, ut communis utriusq; amicus habeatur, gratificari studebit:* & περὶ ἀκαιρίας: ἢ παρὼν δίαιτη συγκρούειν ἀμφοτέρων βουλομένων διαλύεσθαι: *idem captus arbiter, duos litigantes, quorum uterq; rem transigi optat, inter se committit.*

CAP. XII.

Vectigalia tollere; res imperij alienare. Vectigalia à Carolo IV oppignorata: & ἐν παρόδῳ, an revocari possint? Ærarium militare Augusti. Centesima rerum venalium.

MERITO Ulpianus tributa appellat *nervos Rerumpublicarum*: rationem reddit Tacitus 4. Histor. *Neque enim quies gentium sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* & Cicero in Epist: ad Q. Fr. *Imperium sine vectigalibus retineri nullo*

Tributa nervi Rerumpubl.

vi nullo modo potest. Hinc enim principatus ſuſtinentur, & ut ſuperſit ad ſubitas largitiones, neceſſitates, atque extraordinarios ſumptus. Quare Neronem volentem cuncta vectigalia tollere, idque pulcerrimum donum generi mortalium dare, docuit Senatus Romanus, inquiens *diſſolutionem Imperij futuram, ſi fructus, quibus Reſpubl. ſuſtinetur, diminuantur; quippe ſublatis portorijs, ſequens ut tributorum abolitio expoſtularetur.* Imò eſt hoc flagitium dominationis, & imprimis ubi res Imperij alienantur. Quomodo enim juris nomine dignum ſit, quod Rempubl. evertit? Atque eſt hæc pœnè communis JCtorum ſententia, Principem, cùm omnia poſſit, res tamen imperij abalienare non poſſe, hæ enim non magis quam patrimonia privatorum, exinaniri aut eviſcerari debent, ut utar verbo Imperatoris. Quare oppignorata illa telonia atque vectigalia à Carolo IV. ordinibus Imperij, teſte Nauclero, mirificè diminuerunt Imperatoriam dominationem; veluti graviter in quadam oratione diſputat Julius Pflugius Epiſcop. Neuburg: Quorum tamen revocatio haud ſcio an non vehementer perturbaret præſentem Reipubl. ſtatum. Primo, quod hac ratione res Imperij ad priſtinum ſtatum delaberentur. Deinde, quod reliqui ordines omni ferè potentia exuerentur: ut taceam, quod illa ordinum æqualitas periret, quam tantopere hoc in Imperio probat atque exoſculatur Machiavellus in libro De ſtatu Germaniæ. Neque tamen me fugit, quæ ſit hac de re JCtorum opinio, quorum frugem demetere hoc loco non libet: Mihi certè in Vectigalibus tota fere ſalus reipubl. ſita videtur. Quare præclarè Hannibal, non ſolum vetera vectigalia non abolevit, verum etiam nova addidit: quare, teſte Æmyl. Probo, *id effecit, non modo ut eſſet pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur, verùm etiam ut ſupereſſet, quæ in ærario poneretur.* E contrario Leoni X. ut refert Jovius, valde invidioſum fuit, quod contracto gravi ære alieno, vectigalia publica fœneratoribus addixit. Privatæ enim

 enim opes distrahi possunt, non publicæ: quemadmodum Nicephorus Botoniates occupato imperio, quicquid fisco debebatur, in universum abolevit, ac novas tabulas magnifico edicto instituit, ut est in Constit: Orientalib. Acuit me hoc loco memoria illius ærarij militaris, quod instituit Augustus, in quod omnium hereditatum, legatorum, ac donationum mortis causa, vicesima referebatur, exceptis, quæ proximis, agnatis & pauperibus legabantur: cui postea adjunxit centesimam rerum venalium, hoc est, centesimum rerum in auctione venalium nummum. Fuit hæc res fundamentum Principatus Romani. Quo tempore militum stipendia in annum, ex nostra moneta, fuerunt quinque milliones, quingenta sedecim millia ex sexaginta duæ libræ, & decem solidi; ut numerat Savilius: idque amplius esse putatur, quam magnus Turca hodie biennio recipit ex omni reditu. Quare Tiberius, deprecante populo centesimam rerum venalium, edixit, *militare ærarium eo subsidio niti.*

Ærarium militare Augusti.

Annua militum Romanorum stipendia.

CAP. XIII.

Immensæ donationes, sive potius profusiones principales: & an à successoribus retractari possint. Donationes à Pariensi curia abolitæ.

EIUSDEM Tiberij constitutio, ut beneficia à superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent successores, quam si eadem ijsdem & ipsi dedissent; ut circa res alias maximum usum habet, ita imprimis propter immensas donationes principales necessaria fuit. Quid si enim Nero omnia vectigalia Imperij sustulit, num illa pernitiosa constitutione teneri

teneri oportuit successores? neque enim quod Princeps committit, Respubl luere debet, veluti Guntherus pulcrè de rebus sacris canit lib. 2.

Principis delictum Respubl. non debet luere.

Neq; enim quod pastor iniquè
Gesserit, Ecclesiæ fas est in damna refundi.

Atque ea restrictio fuit principatus Romani; quemadmodum Plinius in Paneg. ait de lege Imperij: *Hac pro Imperio nostro, in qua sint verba suscepta, operæ pretium est annotare: si bene Rempubl. atq; ex utilitate omnium rexeris.* Unde constat hujuscemodi principales profusiones haud immerito retractari. Neque enim hic eos audio, qui negant profusionem in principem cadere. Pulcrè de Alexand. Lamprid: *Dies nunquam transijt, quin aliquid mansuetum, civile, pium faceret; sed ita, ut ærarium non everteret:* Nero verò effuderat, inquit Historicus, bis & vicies mille sestertiûm. Galba igitur occupato imperio, cum opus haberet pecunia, in publicum appellari singulos jussit, decima parte liberalitatis apud quemque relicta: Ubi Tacit: *justissimum, inquit, fuit, hoc inde repeti, unde inopiæ causa erat.* Et rectè Tiberius apud eundem lib. 2. Annal: *Si quantum pauperum est venire huc, & liberis suis petere pecunias ceperint, singuli nunquam exsatiabuntur, Respub: deficiet;* adeoq; objurgat eos, qui perfringunt ærarium, quod si ambitione exhaustum est, per scelera supplendum erit. Unde fit, quemadmodum M. Tullius deplorat, ut privatorum reditus sint uberrimi, vectigalia pœne nulla. Quanto beatior illa Respubl. de qua Horatius lib. 2. od. 15.

Respubl. privatim dives, publicè egena.

Privatus illis census erat brevis,
Commune magnum:

Ideo in Gallia Philippus Valesius lege lata Principis largitiones revocari jussit, nisi tabulis Donationis continerentur: Et non una exempla repperio donationum regiarum, quæ à Parisiensi curia revocatæ atque abolitæ sunt.

CAP. XIV. de quo vide Connan. lib. 1. Comment: Et quid est quæso quod jure sibi deberi autument?

Largitio Reges
Non extorta decet; captivos ista reosq;
Sors premit, extortis redimant sua tempora nummis.
Munera magnorum læta atque ultroneà regum
Esse volunt, ut dans plus gaudeat accipiente.
Hoc est gratuitum quod possum dicere solum,
Quo plus ille dato, quam gaudeat iste recepto;

Ut mihi liceat elegantes Guntheri versus capiti huic annectere.

CAP. XIV.

Vectigalia inlicita exprimere, pro umbra, pro aëre, pro vita. Commentarij, sive rationaria principum. Jura & artes senatoriæ: Pompejus scientissimus Juris publici.

Vectigalia pro captando spiritu.

NON minori cum turpitudine conjuncta est illa nimia vectigalium indictio: qualia erant illa quæ pendebantur pro umbra, pro aëre, pro spiritu captando; unde illud Harmenopoli περὶ ζημιῶν ἀέρικῶν, ut notat doctissimus Cujacius. Et ausim huc referre etiam illud urinarium, quamvis autori, aurei nummi, quos ex lotio acceperat, non male olere videbantur. Nimirum ita cives exprimendi sunt, ut supersit succus quem hauriant; ita olera abscindenda sunt, ait Plutarchus; ut radix maneat: ita pennæ incidendæ, ut rursum renascantur. Pessimè illi, qui solius Fisci rationem habent, *homines senes manibus gerere Ge-*

Vrinarium Vespasiani.

ryona-

ryonaceo, ut loquitur Comicus: Quàm regia ille Claudiani Poetæ de Honor:

Nec tua privatis crescunt æraria damnis.

Sed oggerunt illi Laverniones, Principes vix dignitatem suam tueri, nisi hujuscemodi utantur quinquagesimis, vicesimis, alijsque id genus oneribus. Ita certe: sed de re licita, sed modicè, sed cum fruendi parsimonia. Quin ergo, ex more prudentissimorum principum, suos commentarios, sua rationaria habent, in quæ accepta & expensa referant, ut ne plus erogent, & profundant, quam ferendo sit Respublica: quemadmodum de Tiberio Tacitus, *eum proferri libellum recitariq; jussisse, in quo publicæ opes continerentur: quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciæ, tributa aut vectigalia, & necessitates ac largitiones; quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus*: quem morem identidem servarunt Franciscus rex Galliæ, & Amurathes Imperator Turcicus, cujus breviarium hodiernus Imperator Mahometes in administratione regni pro oraculo habere dicitur. an, quod flagitium est in Principe, sicut & in quovis Senatore, imperandi imperitum esse? Unde Cicero de LL: *Est*, inquit, *senatori necessarium nosse Rempubl, idque latè patet; quid habeat militum, quid valeat ærario; quos socios Respubl: habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisq; sit lege, conditione, fœdere; tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla majorum.* Quare cum Marcellus de re quapiam Senatum Rom: consuluisset, senatus rescribere Marcello jussit, verius fuisse consules, quorum provincia esset, quam se, quid è Republ. esset, decernere. quo nomine M. Tullius Calenum perstringit. *Usum in Republica magnum habere, & debes, & potes; quando ita decerni vidisti, aut quod Senatusconsultum? &c.* Unde Plinius in Epistolis appellat *Jus senatorium*: Cicero *litteras Senatorias*: *Illa litteræ*, inquit, *forenses & senatoriæ conticuerunt.* estque non minima pars juris publici; cujus

Breviariũ Augusti de rebus Imperij.

Res Imperij ignorare flagitium est in principe.

Litteræ Senatoriæ.

CAP. XV.

scientiam in Pompejo veluti Principe civitatis tantopere laudat idem Cicero pro Balbo, cujus verba mihi referre libet, quod hoc jus turpissimè ab ijs, qui respublicas administrant, hodie negligitur. *Equidem contra existimo, judices, cum in omni genere, ac varietate artium, etiam illarum quæ sine summo otio non facile discuntur, Cn. Pompejus excellat, singularem quandam laudem ejus, & præstabilem esse scientiam in fœderibus, pactionibus, conditionibus, populorum, regum, exterarum nationum, in universo denique belli jure ac pacis; nisi forte, quæ nos libri docent in umbra & otio, ea Cn. Pompejum, neque cum requiesceret, litteræ, neque cum rem gereret, res ipsæ docere potuerunt.*

CAP. XV.

Ὠτακουστοί, Auricularij, Delatores.

DETESTABILIS ac plena immanitatis fraus fuit senatorum Romanorum, adversus Titium Sabinum: neque enim me piget ipsa autoris verba ad hæc scelerum exempla referre. *Tectum*, inquit, *inter & laquearia tres Senatores: haud minus turpi latebra, quam detestanda fraude, sese abstrudunt; foraminibus & rimis aurem admovent. Interea Latiaris, repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit, præteritaque & instantia, quorum affatim copia, & novos terrores cumulat. Eadem ille, & diutius, quando mœstu, ubi semel prorupêre, difficilius reticentur. Properata inde accusatio, missisque ad Cæsarem litteris, ordinem fraudis suumque ipsi dedecus narravêre. Non aliâs magis anxia & pavens civitas, etiam adversum proximos, congressus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari, etiam muta*

Senatorum Romanorum scelus.

muta atque inanima, tectum & parietes, circumspectabantur. Hæc Tacit. 4. Annal. Quæ quid aliud sunt quam dominationis extrema flagitia? Sed & eadem apud Polybium. *Plena*, inquit, *omnia suspicionum, & vix secreta domuum sine formidine.* Quem morem paulo aliter describit Arrianus in Epictet: lib. 4. Hoc modo viri boni Romæ subvertuntur. Arridet tibi homo quidam, instar privati sermones occeptat, & de principe inclementer loquitur; tu, ratus nactum esse exemplum aliquod atque monumentum fidei, pertexis illud quod prior inceperat, animique sententiam profers; paulo post abductus linguæ temeritatem morte luis: & de quibus Turpilius. *Qui verba mea venatur, pestis accedat, & sermonem hinc sublegat:* quibus similia in Historijs repperias. Unde Tacitus, *Delatores*, inquit, *genus hominum publico exitio repertum, nec pœnis unquam satis coercitum, per præmia eliciebantur.* 4. Annal. Qua in re detesterne potius deperditissimorum nebulonum fumos atque fraudes; an vero principum insolentiam, qui hujuscemodi amant, fovent, amplectuntur? Nec tamen morem illum improbo, in Republica præsertim seditiosis hominibus plena, quo milites emissi scrutantur sermones atque conjurationes in Principem, hoc consilio, ut Princeps eos, qui præsentem Reipubl. statum oderunt, notet, ab ijsque sibi caveat: quos Sueton. appellat speculatores, veluti in Claudio. *Neque convivia inire ausus est, nisi ut speculatores cum lanceis adstarent: quippe qui erant veluti e specula Principis.* Quo in numero non sunt illi ὠτακουσταὶ sive auricularij, qui, ut utar Ammiani verbis lib. 14. *paulatim eruditiores facti, processu temporis ad nocendum, per clandestinos versutosq; rumigerulos, compertis leviter addere quædam malesuetos, falsa & placentia sibi dicentes, affectati regni, vel artium nefandarum, calumnias insontibus adfigunt:* & de quibus Arbiter. Delatores.

Nec satis est vulgasse fidem, simulatius exit
Proditionis opus, famamq; onerare laborat.

CAP. XVI. Atqui in eo quàm longe alius Agricola ille, de quo Tacit: *secretum*, inquit, *& silentium ejus non timeres.* Ac tamen ego istas delationes principi nonnunquam remittam, si fiant justiciæ causa, & in salutem ejusdem: sed id rarissimum est. Plerique enim vel honoris cupiditate, vel sui muniendi causa amicos supplantant; veluti, ut ait Tacitus, *cupidine consulatus, ad quem non nisi per Sejanum aditus, neque Sejani voluntas, nisi scelere quærebatur:* & alibi de quodam qui alios accusabat *in subsidium sui.* Atque est vox illa Tyranni non Principis: *subverterent potius jura, quam custodes eorum amoverent.* Illi verò ex censu hominum ejiciendi sunt, qui palam laudant, & absentes flagitant, &, ut ait Seneca, *per ornamenta feriunt:* quos eleganter describit Theophrastus in Charact. *Cavillator*, inquit. *est, qui inimicos suos accedit, quasi aliqui eos velit, non amplius odisse; quiq; illos, quibus clam struit insidias, præsentes laudat, & si victi fuerint, eorum vicem dolet.* & Ammian. lib. 15. *Impugnabat eum per ficta benignitatis illecebras, collegam & virum fortem propalam sæpe appellans Arbetio, ad innectendas letales insidias, vitæ simplici, perquam callens, & ea tempestate nimium potens.* Id genus homines demissis manibus grandique gradu fugies, & non effugies tamen: à quibus, ut ait Comicus,

Delationes legitimæ.

Inimici laudantes.

Eiρων.

Qui cavet ne decipiatur, vix cavet; cum etiam cavet,
Etiam cum cavisse ratus, sæpe is cautor captus est.

CAP. XVI.

Abusus legis Majestatis. leges exercere. Inquisitio Pontificia. Sacra & cœlestia arma. Virga autoritatis Aposto-

stolicæ: affectus humanos tollere.

CAP. XVI.

Lex Majestatis, veluti propugnaculum fuit Principatus Romani; in qua amplianda singuli fere Principum ingenij vires intenderunt. Ideo Tiberius, consultante Macro Prætore, an judicia Majestatis redderentur, respondit *exercendas esse leges*, Tac 1. Annal. qua formula etiam Livius utitur lib. 4. *cum interim de sanguine ac supplicio suo latam legem confestim exerceri, & tantam vim habere*: id quod propemodum Germanis est, Den Rechten ihren gewönlichen lauff lassen. Illud vero non tam jus dominationis, quam flagitium refert; quod ad minima & ridicula quævis porrexerunt, ut si quis mimum vel ridiculum corpore, inter cultores principis asciviſſet; si quis nummum vel annulum effigie Principis signatum passus fuisset sibi è manibus in cloacam decidere; si quis eosdem in lupanar attulisset, & id genus plura & multo ineptiora: Unde Tacitus crimen majestatis vocat *vinculum & necessitatem silendi*: item *omnium accusationum complementum*. Cujus generis est illud Curtij lib. 10. de Alexandro, *Cum accusati essent Cleantes & alij spoliatarum provinciarum, & per libidines alienatarum, regem cognita causa pronunciasse, ab accusatoribus unum & idem maximum crimen esse prateritum, desperationem salutis suæ.* (ita enim appellat læsam majestatem) *non enim talia ausuros, si ipsum ex India sospitem aut optassent reverti, aut reversurum credidissent.* Cui etiam non absimile videtur Pontificum fulmen, sive inquisitio illa, in qua unicum crimen est eorum, qui crimine vacant, ut cum Tacito loquar. Unde Guiciard: vocat *sacra sive celestia arma*. Scaffneburg: *Apostolica autoritatis virgam*. Cæterum omnium inhumanissi-

Lex Majestatis.

Accusatio Majestatis, omnium accusationum complementum.

Inquisitio Pontificia.

CAP. XVII. nissima atque immanissima ratio fuit tollendi affectus humanos: neque enim licuit ulli in reatu caritates suas, ut Ammianus loquitur, invocare; nedum patrem vel filium, dum ad supplicia rapiuntur, lugere vel ullis suspirijs editis. De Domitiano Tacitus in Agricola: *Pracipua*, inquit, *sub Domitiano miseriarum pars erat, videre & aspici; cum suspiria nostra subscriberentur, cum denotandis hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus & rubor, à quo se contra pudorem muniebat.* & de Tiberio lib. 6. *quo non aliud atrocius visum, adstitisse tot per annos, qui vultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent.* Et Seneca in Octavia

Tollere affectus humanos, & propinquorū suspiria.

Exposita rostris capita cæsorum patres
Videre mœsti, flere nec licuit suos,
Non gemere, dira labe polluto foro.

qua re nihil mihi unquam crudelius nihilve inhumanius lectum est. Quid enim aliud est tollere affectus, quam naturæ bellum indicere. Ac tamen ut ut immanissima illa monstra externos ejulatus atque suspiria prohibere potuerunt, naturales tamen affectus, & interiores animi dolores penitus tollere nequiverunt: Atque si vel ipsorum tyrannorum eodem tempore recludantur mentes, plures inspicias laniatus & ictus. Illorum enim corpora verberibus, tyranni verò animus sævitiâ, libidine, malis consultis dilaceratur, ut testatur acerrimus rei Romanæ scriptor.

CAP. XVII.

Aliquot alia flagitiorum regiorum exempla. Jus gratiæ dare. Pontificis accusatio apud universale cōsilium.

Pudet

CAP. XVIII.

PUDET me omnia horum flagitiorum genera coacervare:

Et quis tot referre facinorum formas potest?
Et spes nefandas Principum, & blandos dolos
Regnũ petentium p gradum scelerum viam?

Ejusdem tamen farinæ sunt illa Judæorum de Christo Servatore nostro (quanquam ego nescio quomodo ea, quæ sunt sacra & mystica, non libenter ad res humanas traho) sunt tamen, inquam, ejusdem notæ: *qui non punit Christum, non est amicus Cæsaris*, Joann. 19. *& si sinemus illum, omnes illi credent, venientq; Romani & delebunt gentem nostram*, Joann. 11. & illud in Actis c. 24. *Felix volens gratiam inire à Judæis relliquit Paulum vinctum*. & illud Taciti de Tiberio lib. 3. Ann. *Pro Plancina cum pudore & flagitio disseruit.* quanto laudabilius Senatus Romanus Massinissæ legato respondit: *si aliquid possint Massinissæ honoris gratia, & fecisse, & facturos esse; ceterum jus gratiæ populum Romanum non dare.* Illa vero Pontificiorum sententia flagitiosissima est: *Qui à Pontifice Maximo legibus solutus est, ei apud Deum immortalem satis cautum esse.* item; *Pontificem esse supra omne jus, contra jus, & extra jus omne.* & in Salisburiensi. *Pontifices Romanos non affectare solum dominationem terræ, sed cœli etiam:* cum tamen secundum saniorum sententiam, Pontifex manifesti & atrocis criminis apud universale consilium accusari possit, & de gradu deijci, quod & non semel receptum est. Quo etiam pertinet mos ille Principum, cives ad turpissima quæque cogendi. Tacit 14. Annal: *Nero notos equites Romanos operas arenarias promittere subegit, donis ingentibus, nisi quod merces, ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert.* quæ sententia vera est, & ex Platone sumta. αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις: cujus meminit Cicero in Epistol. ad Attic. idem est illud Dionis in Nerone. *Nullum jus plus potest, quam arma: Ut enim quisq; potentissimus est,*

Ius gratiæ.

Pontificum dominatio flagitiosa.

Preces Tyrannorum vim necessitatis habent.

ita justissimè dicere omnia & facere videtur. Unde Aristot. 6. Polit. c. 3. ἀεὶ γὰρ ζητοῦσι τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον οἱ ἥττους· οἱ δὲ κρατοῦντες, οὐδὲν φροντίζουσι. *Semper imbecilliores æquum & justum quærunt, sed qui plus possunt, talia parvi faciunt.* Ac tamen regni etiam flagitium est, alios eodem crimine pollutos eximere: quo alludit Juvenalis.

Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum.

& illud tritum.

Hebræus nihil hebræo, Catilina Cethego.

Atque hæc fere sunt dominationis occulta flagitia. Ut enim illa dominationis jura atque arcana, locum habent in regno sive Principatu, ita hæc flagitia dominationis à tyrannis usurpantur: quorum tamen vel minima principes invisos reddunt, & insidijs civium exponunt. Verè & argutè Tragicus in Octav:

Majora populus semper à summo exigit.

CAP. XVIII.

Flagitia Dominationis Aristocraticæ: Consulum, Dictatorum, Decemvirorum, Triumvirorum regia Imperia. Regem esse, & regio Imperio esse, differunt. Aspera dominatio. Mors Siccij. Proscriptiones Syllæ.

EX quibus apparet, nos aliter hac in materia versari, quam plerique. Sunt enim, quæ ab his ad Tyrannidem referuntur: ea nos juri dominationis inserimus, ijsque locum

damus

damus in turbulenta ac seditiosa Republica: & contra, quæ alij licere principibus affirmant, ea nos tyrannidem referre dicimus. Ceterum totidem fere sunt flagitia Aristocratica, & propemodum conveniunt Oligarchiæ: ac tamen regiorum flagitiorum pleraq; huc referri possunt. In Republ. certe Romana Consules, Dictatores, Decemviri, Triumviri regio imperio fuerunt. De Consulibus Cic. *Duo*, inquit, *regio imperio sunto*, & Poeta

Consules Rom.

Nullum martia summo
Altius Imperio Consule Roma videt.

Et res plana est ante legem Terentillam, quæ postea lata est de consulari imperio minuendo. De Decemviris Livius. *Tum in Appij Claudij sententiam Senatusconsultum factum est, ut reliquis abrogatis magistratibus, cum consulari Imperio ac regio, sine provocatione, decemviri crearentur.* & lib. 3. *Decem regum species erat.* De Dictatura Cic. 1. Philip: *Dictaturam, quæ vim jam regiæ potestatis obsederat, funditus ex republica sustulit.* Idem appellat *Syllæ Dominatum*, & Tacit. 1. Annal. *Non Cinnæ, non Syllæ longa Dominatio.* Neque est quod contradicant alij: aliud est regem esse, aliud regio imperio esse, ita enim (scio) distinguit ipse Cic. 1. Phil. *sublato non solum regno, quod pertuleramus, sed & regio Imperio.* id quod ideò mihi hoc loco tradere libuit, ut intelligatur, eadem fere esse aristocratica flagitia, quæ fuerunt regia. Ubi enim patricij plebem exsugunt nimijs vectigalib. atque oneribus deprimunt; ubi sine ulla probabili causa bella gerunt, vicinisque populis bona ac possessiones eripiunt; vel eos, quorum virtus ipsis formidolosa, promiscuè nefariâ fraude circumveniunt, atque evertunt; vel fidem datam frangunt; vel percussores subornant, & emittunt; vel morem consulendi Senatum intermittunt, ut de Decemviris scribit Livius lib. 3. aliaque id genus scelera committunt; ubi flagitia dominantur non jura, quod enim relligioni contrarium est, quod

Decemviri.

Dictatura.

Flagitia Aristocratica.

CAP. XVIII. fidem & pudorem violat, quod honestatem lædit, id & in hac, & illa Republ. tam à Jure est alienum, quam quod omnium maximè. Quam imperandi rationem Pomponius vocat *nimiam & asperam Dominationem*. Hinc Guntherus de Mediolanens: lib. 8.

Nimia & aspera dominatio.

Sed durior æquo
(Pace bona dixisse velim) dominatio vestra
Extitit, immodicis vicinas legibus urbes
Terruimus, scit Cuma quidem, scit regia Lauda.
Quosq; per Italicas urbes aut oppida fines
Stravimus, aut validis servire coegimus armis.

Plaustra sunt exemplorum. Livius lib. 2. *Cum à patribus, non consulem, sed carnificem ad vexandam & lacerandam plebem, creatum esse contenderet &c* ibid: *Consules immoderata infinitaque potestate esse, omnes metus legum, omnia supplicia vertisse in plebem*. Item. *Plebi, cui ad eum diem summa ope inservitum erat, injuria à primoribus fiere cepere.* & libro 3. de Decemvir: *Hominum, non causarum, toti erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet: judicia domi conflabant, pronunciabant in foro: si quis collegam appellasset, ab eo, ad quem venerat, ita discebat, ut pœniteret non prioris decreto stetisse:* atque hoc flagitio L. ille Siccius à Decemviris interfectus est. Idem scelus fuit Appij Claudij, qui, ut L. Virginij filiæ amore potiretur, postquam omnia pudore septa animadverterat, *ad crudelem superbamque vim animum convertit*, ut ait Livius. Nota est historia, neque hic ingerenda. Illæ vero proscriptiones omnium flagitiosissimæ fuerunt, de quibus sic Vell. Patercul. *Primus*, inquit, *Sylla exemplum proscriptionis invenit, ut in qua civitate petulantis convicij judicium histrioni exoleto redditur, in ea jugulati civis constitueretur auctoramentum; plurimumque haberet, qui plurimos interemisset; neque occisi hostis, quam civis uberius foret præmium; fieretque quisquis merces mortis suæ.* Hæc Paterculus. Parum abest, quin huc

Promiscuæ proscriptiones Syllæ.

etiam

etiam referam illud de Fabijs, quos, quod contra jus gentium arma ceperant, sibi dedi postulabant Galli. *Senatui*, inquit Livius lib. 5, *nec factum placebat Fabiorum, & jus postulare Barbari videbantur; sed ne id, quod placebat, decerneret, in tanta nobilitatis viris ambitio obstabat.* Nisi forte dicas, Romanos magno animo maluisse cum Gallis bellum sustinere, quam hujuscemodi magni nominis in Republ. viros hosti tradere.

CAP. XIX.

Flagitia dominationis popularis. Libertas vitiosa. Fraus Manlij: rem inter alios controversam sibi adjudicare: atque obiter discutitur, an rectè Cæsarem Brutus interfecerit.

Quæ quidem omnia fere dominationis flagitia nuspiam in majori usu sunt, quam in populari statu: quicquid Hetruscus ille populi virtutem attollit, & principum deprimit, jam ab alijs confusus, Est enim plebs belluæ similis, adeoque ut Claudius dicebat, ut *prona in misericordiam, ita immodica in sævitiam*; nullaque ratione, sed effreni impetu regitur, parum pensi habens vel divina vel humana jura, dum modo libertatem illam suam, hoc est, omnia pro libitu agendi dissolutissimam licentiam, tueri possit: de qua Romanus Lyricus, Vulgi natura.

> *Sed in vitium Libertas excidit, & vim*
> *Dignam lege regi.*

Libertas digna lege regi.

& Jovius unus, inquit, erat per-

CAP. XIX. peracerbè sæviendi prædandique non ignobilis prætextus, illa dulcissimi nominis, uti prædicabant, ab longo tempore recepta libertas. Quod & Quintius ille Cos. Rom. ait apud Livium lib. 3. *sub titulo æquandarum legum nostra jura oppressa tulimus & ferimus.* Sicut autem centuriones, teste Tac: sunt vetustissima militaris odij materies: ita etiam inveteratissimum fuit in Repub. Romana odium plebis adversus Patricios. Ubi enim imperium plebis est; ibi patricios ac nobiles multis magnisque injurijs affici necesse est, ut ostendit Aristot. 3 Polit. c. 7. Cujus rei exemplum est in Manlio, qui calumniando aurum, quod Romani contribuerant, ut à Gallis sese redimerent, Gallis rursum ademtum esse, & apud primores conservari; maximam invidiam patricijs conciliavit. Cui simile est, quod adducit Machiavellus in Repub Florentina. Quo dominationis flagitio C. Sempronius, nequicquam omnia expertis patribus, ut mitigarent plebem, quindecim millibus æris damnatus est, Livius lib. 4. Idem lib. 5. de Virginio & Q. Pomponio, qui pessimo exemplo innoxij denis millibus æris gravis damnati sunt, quod gratificantes patribus, rogationi tribuniciæ intercessissent. & de Furio lib. 5. qui injustè, & sine ulla probabili causa damnatus in exilium ivit. Omnia enim regia & aristocratica flagitia quæ enumeravimus; uti in regni suspectos immodicè sævire, fidem violare, sacras ædes diripere, aliorum bona invadere, aliaque insolenter & crudeliter agere; hæc, inquam, omnia etiam in populari statu fiunt & multo magis: veluti, quod populus Rom. judicium rogatus finium regendorum, ubi controversam rem adjudicavit *instar quadruplatoris & interceptoris litis alienæ*, ut ait Livius lib. 3. quæ flagitia in plebe perstringit Fabius ille apud eundem. *potestatem tribuniciam ad singulorum auxilium, non ad perniciem universorum comparatam esse. tribunos plebis vos creatos non hostes patribus, nobis miserum, invidiosum vobis est desertam rempubl. invadi, non jus vestrum, sed invidiam*

Odium hereditarium plebis adversus patricios.

Condemnatio Sempronij. Virginij, Pomponij, Furij.

Quadruplator & interceptor litis alienæ.

vidiam minueritis &c. Immania sunt exempla tum in Republ. Florentina, tum in quibusdam Germaniæ civitatibus apud Crantzium, quorum recensendorum me pudet pigetque: adeo nihil crudelius plebe, imprimis ducem nacta. Non quidem facile incipit, & ut ait acer Historicus, *non facile prima vox plebis*, sed præeunte autore, ê vestigio comitatur, & contagione veluti insanit. Equidem non nego esse etiam populo sua dominationis jura, quoties aliquis dominandi cupiditate captus rempublicam invadit, libertatemque evertere conatur; quo tempore extraordinario nonnunquam & repentino judicio opus est: at enimvero & honestatis & fidei haberi ratio debet; absque quibus erit, non amplius erit imperium sed flagitiosissima tyrannis. Quæri hic possit de C. J. Cæsare, an rectè à Bruto, Cassio, alijsque occisus sit? Equidem non ignoro, quid viri docti atque prudentes de hac re sentiant. At enimverò mihi hîc ἐπέχειν libet. Certè secundum jura libertatis, sive ut Cicero vocat jura civium, licuisse videtur civibus, quorum majores regnum juramento detestati erant, eum evertere, qui libertatis jura involabat. Quod si enim Princeps merito in eum animadvertit, qui libertatis amans imperium sibi & vitam adimere conatur; quidni etiam populo licebit eum interficere, qui libertatem invadere tentat, & servitutem imponere civibus? id ait Tacit. lib. 1. Annal; *cum occisus Dictator Cæsar, alijs pessimum, alijs pulcerrimum facinus videretur.* Respectu enim præsentis Reipubl. nefariè fecerunt: quippe is erat Reipub. status, ut salva esse non potuisset, nisi imperio ad unum devoluto, teste Tacito & Dione: quod & Pompon: ait l. 2. § 11. De Orig. Jur. *Evenit, ut necesse esset, Reipub. per unum consuli.* Quanquam haud scio annon Cæsar ipse, alijque, in causa fuerint redactæ in ejusmodi statum reipubl. Romanæ.

Plebs non facile incipit.

An rectè Brutus Cæsarem interfecerit.

Osten-

CAP. XX.

CAP. XX.

Ostenditur ratio divisionum & differentiarum in hac materia. Arcana mixtarum Rerumpubl. Imperium Germanorum mixtum.

ATQUE hæc sunt arcana flagitia dominationis, quibus illi utuntur, qui in Republ. principatum obtinent; vel unus, vel pauci, vel multi: qua in re non sum nescius, parari judicia & censuras. Alij negabant, à numero aut multitudine Imperantium differentias sumendas esse: alij dicent, plures esse Rerump: species, adeoque plura, ex mea ipsius sententia, enasci Imperiorum arcana. Non eo inficias, differentias essentiales, ut appellant, spectare vel commune, vel privatum commodum. Hujus respectus facit declinantes respublicas, ac παρεκβάσεις, ut appellat Aristot, illius rectas atque bonas, in illis habetur ratio virtutis ac prudentiæ: in hisce nunc divitiarum, nunc paupertatis, nunc nobilitatis, nunc dignitatis, nunc etiam libertatis. At enimverò quod patricij & nobiles plerumque sunt pauci, multi verò imò maxima hominum pars, ut est plebs, ignobiles & egeni; ideo ab accidentali potius differentia, quippe cum essentiali conjuncta, ordinem auspicati sumus. Etsi autem nonnunquam evenit, ut patricij sint pauperes, plebeij vero divites; ideo Respubl aliam formam non induit. Quare ea plerumque est Aristocratica, in qua pauci imperant, Democratica in qua multi, regnum in quo unus. Omnes tamen & singuli, pro conditione loci, temporis, populique natura, viri αυτοδαΐοι. Posui enim & consideravi Respubl: quales pleræque fuerunt, & adhuc sunt: quæ, ut ad alterum accedam, ad tres species referri pos-

Essentiales differentiæ Rerumpubl.

Hodiernæ Respubl.

possunt: unde totidem rationes administrandi facit Cic. & Tacit. Prima occupatur circa naturam, & ingenium optimatum sive Senatorum; altera circa naturam vulgi; tertia circa regum atque principum: hæc non tantum Monarchiam & Dominationem complectitur; sed etiam Tyrannidem; illa & Democratiam, & politiam, & ochlocratiam: ista & aristocratiam, & oligarchiam. Sed & mixtæ ex his fiunt Respubl. quales pleræque sunt, in quibus una quæque pars sua habet vel arcana, quæ relligiosè servat; vel simulacra, quæ alia pars alij indulget; veluti cum imperium divisum est. Neque enim existimo facile puram putam atque simplicem Remp. repperiri. Nam sæpe partem aliquam imperij habet unus, partem populus, partẽ Senatus, vel Senatus & populus, vel princeps & Senatus, vel princeps & populus: de qua mixtione Livius lib. 6 *non posse æquo jure agi, ubi imperium penes patricios, penes Tribunos auxilium tantũ sit, nisi imperio communicato, nunquam plebem in parte Reipubl fore.* Jamdudum enim illorum sententia repudiata est, qui negant jura Imperij dividi posse. Imperium hoc certe Germanorum, quod Moguntinus Elector Aristocraticum esse dicebat in Comitijs Francofurtensibus, mixtum potius est; sicut & alia multa: adeoq; una quæque pars sua habet & imperij libertatisque jura, & arcana, & simulacra etiam. quod temperamentum imprimis colligo ex Aristot. lib. 4. c. 9. Polit. & lib 4. polit. c. 13. ubi de arcanis & sophismatib. agit. ὥστε φάνερὸν, ὅτι εἴ τις βούλεται μιγνῦναι δικαίως, δεῖ τὰ παρ' ἑκατέροις συνάγειν, καὶ τοῖς μὲν μισθὸν πορίζειν; τοῖς δὲ ζημίαν· οὕτω γὰρ κοινωνοῖεν ἅπαντες· ἐκείνως δ' ἡ πολιτεία γίνεται ἰῶν ἑτέρων μόνον. *Itaq;*, inquit, *manifestum est, si quis velit juste hæc temperare, oportere utrinq; assumere, & illis quidem salaria constituere, his autem pœnam: sic enim omnes communicarent. nam illo quidem modo Resp. fit vel alterorum solum.* Sed nunc porro videamus de Simulacris Imperij.

CAP. XX.

Resp. mixtæ.

Imperium Germanicum.

Arcana sophismata mixtarum Rerumpub. licarum.

F I N I S
LIBRI QVINTI.

ARNOLDI CLAPMARII DE ARCANIS RERUMPUBLICARUM LIBER SEXTUS

CAP. I.

QUID sint Simulacra Imperij, sive arcana inania. Quomodo differant ab arcanis, & Jure Imperij: item ab arcanis dominationis. Libertatis umbra: inania jubendi jura: nomen Imperij: Imperium sine re: Imago sine re: blandimenta: vis ac vera potentia: ἀπεικόνισμα: εἴδωλον. In Republ. quomodo simulatio locum habeat.

CAP. I.

Signum bonæ Reipubl.

AUREUM est effatum Aristotelis, illum Reipublicæ statum diutissime perdurare salvum & incolumem, quem omnes civitatis suæ partes amant & durare cupiunt. Ardua profecto res; verumtamen ut id fiat, necesse

necesse est quædam Imperij & libertatis simulacra ijs obtrudi, quibus aliâs aditus ad rempublicam præclusus est. Ubi enim, ait idem Arist. lib. 2. Pol. c. 8. *plebs nihil de Imperio habet, id malæ Reipubl. signum est.* Sicut igitur arcana Imperij pleraque sunt occulta, sed validæ artes, quæ opponuntur hominib. seditiosis, quive à Reipublicæ administratione removentur: ita hæc simulacra sunt occultæ artes, sed inanes, sed cassæ, & ut Jovius appellat 1. Histor. inania jubendi jura, quæ ijs indulgentur, qui extra Rempubl. sunt; & quibus aliud agitur, aliud simulatur: Meritò tamen ab arcanis Imperij, & multò magis à Jure Imperij distinguenda sunt; quin potius ijs opponenda. Hæc usurpant in Republ. principes; illa, qui imperij expertes sunt: sicut & ab arcanis dominationis differunt. Hæc enim civib. non licent: at simulacra indulgentur civibus; & sunt speciosa saltem, & ut Tacitus appellat, ARCANA INANIA: item *Imperij inania & subdola; item species & SIMVLACRA IMPERII.* Plinius vocat *libertatis umbram.* Umbra enim plerumque major est, quam is, quem refert: veluti apud Varronem, *cornuat aurum, umbram jacit, icere parat*; umbram, id est telum, cujus umbra imminebat. Idem Plinius alib. *nomen*, ut 1. Epist. *plurimum refert, quid esse tribunatum putes; inanem umbram, & sine honore nomen, an potestatem sacrosanctam &c.* Sic Tacit. 4. Histor. *vim principatus complecti, nomen remittere.* Et Justinus: *alij nomen regis, alij imperium tenent.* Unde Cæsar; nihil amplius rempubl. esse, appellationem modo sine corpore. Vellejus vocat *imperium sine re.* lib. 2. *Hoc consulatu Pompejus tribuniciam potestatem restituit, cujus Sylla imaginem sine re relliquerat:* quale Imperium scribit Otto Frisingensis habuisse heredes Bartoldi Zeringensis Sueciæ Ducis: princepes sine principatu, soloque nomine sine re participantes. Livius lib. 3. vocat *artem: jam ne virtute quidem premi libertatem, sed arte ludi*, & Justinus lib. 14. *blandimenta. Eumenes*, inquit, *blandimentis*

CAP. I.

Simulacra Imperij, & libertatis.

Inania jubendi jura.

Arcana inania: Imperij inania, subdola.

Species Imperij

Libertatis umbra.

Vmbra & sine honore nomen.

Imago sine re.

Princeps sine principatu.

Ars.

Blandimenta.

CAP. I. *mentis agere*; alij aliter. Quibus simulacris opponitur *vis ac vera potentia*, *vis Imperij*; *vis Principis*; *jus Imperij*: de quibus nemo clarius quam Tacitus. *Apud Romanos*, inquit, *jus Imperij valet*, *inania transmittuntur*: & alibi, 4. Annal. *sublatis manibus*, *vera potentia augere*. deque his hactenus. Ceterum ideò appellantur simulacra, quod externam aliquam & magnam speciem præ se ferunt, qualia sunt simulacra Deorum. Virgil:

Vis, ac vera potentia.

Vis Imperij.

Visa mihi ante oculos & nota major imago.

De quo supra: Ac sunt hæc simulacra ventosæ, & veluti nuces cassæ, & ut Horatius ait, *inopes rerum*, *nugæq; canoræ*. Ideò in veteri glossa simulacrum, ἀπεικόνισμα εἴδωλον ξόανον. Porro qui ipsum imperium habent, haud adeo magni faciunt hæc quæ speciosa tantum sunt & umbratica: contrà, qui reipsa carent, videri malunt, quam & non esse, & non videri. Quo imprudentius Romani milites non contenti victoria, quam à Germanis obtinuerant, aggeres struxerunt, subscriptis victarum gentium nominibus; ubi Tacit. 2. Annal. *Haud perinde*, inquit, *Germanos vulnera*, *luctus*, *excidia*; *quam ea species*, *dolore & ira adfecit*. argutè Modestinus, & commodè ad hanc materiam in l. 52. D. De condict. & demonst: *Nonnunquam contingit*, *ut quædam nominatim expressa officiant*, *quamvis omissa tacitè intelligi potuissent*, *nec essent offutura*. Atque hæc etiam simulacra fere sunt, quib. aliud agitur, aliud simulatur. Illud simulatur agi, ut alij quoque participent Rempub; at verò seriò contrarium agitur. At rursum dices, dolum esse, qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscurè loquitur, sed etiam qui insidiose & obscurè dissimulat, l. 43. D. De contrah. Emp. & qui perlusorie aliquid dicit, decipit l. 69. De Eviction. Tu verò ne mihi privatos contractus ad publica negotia referas: in his summa ratio est salus reipublicæ, in illis æquitas & justicia: in his deflectere parumper licet à regia virtutis via; in illis

Nugæ canoræ

ἀπεικόνισμα.

ξόανον.

Romanorum militum περιεργία, ἀλαζονεία.

Quædam expressa magis nocent, quã omissa.

Dolus & simulatio quomodo in publicis negotijs locum habet.

Illis non item.

Sed hæc tela supra à nobis discussa sunt.

CAP. II.

CAP. II.

Aliarum rerum Simulacra. περίεργος ἀπειρόκαλος, infrunitus. Spetiosæ inscriptiones librorum: Tumores Poetici. Inania famæ, inania honoris. τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, Πανικὰ, belli simulacra. Tutanus.

Huius rei exempla identidem repperiuntur in omni vitæ genere: id ait Æsch: οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. Ac quidem Græci eum, qui speciem rerum atque umbram capit, eleganter appellant περίεργον, ἀπειρόκαλον. Latini infrunitum, ostentatorem, qualem in characteribus suis pulcre descripsit sapientissimus Theophrastus, & Cicero ad Heren: & Ammian. Marcell: *alij, nullo quærente vultus severitate patrimonia sua in immensum extollunt, cultorum ut putant feracium, multiplicantes annuos fructus, quæ à primo ad ultimum solem se abundè iactitant possidere.* Et miles quidam distinguit apud Livium, *ostentare, non gerere bellum.* In doctrina & re litteraria, nonne plerique malunt videri quam esse, & solidam atque severam discendi rationem quotus quisque est, qui amplectitur? Et quid aliud subolent illa Pliniana ad Vespasian: de inscriptionibus, & spetiosis titulis, qui, tanquam hedera vino, ita libris appenduntur.

Απειρόκαλος. Infrunitus, Ostentator.

Malle videri, quam esse.

Spetiosi librorum & vani tituli.

CAP. II.

Inscriptionis apud Græcos mira felicitas: κηρίον inscripsere, quod volebant intelligi favum: alij κέρας ἀμαλθείας, ut vel lactis Gallinacei sperare possis in volumine haustum. Jam Musæ, πανδέκται, ἐγχειρίδιον. λειμῶν πινακίδιον: inscriptiones, propter quas vadimonium deseri possit: at cum intraveris, dij deæque quam nihil in medio invenies.

Fumi poetici.

Quem etiam tumorem in Poetis eleganter perstringit Horat:

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

Contrà, cum probat qui

Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut spetiosa dehinc miracula promat.

Hordeacea & ventosa ostentatio Sejani.

Omnium autem creberrimè in communi vita hujuscemodi ventosas ostentationes repperias: atque insigne exemplum est in Sejano illo. Hic, ut erat homo fastuosus; superbire magnificè, & cum multo comitatu incedere, compellantibus difficulter respondere, ijs qui vel loco non cesserant, vel obsequia & salutes non iteraverant, succensere, extremum malum minitari. *Ac tamen indicium vanitatis est*, inquit Dion Sejanum eludens, *qui quod re ipsa carebat, hujuscemodi fuco capiebatur: Nam qui propria*, inquit, *nititur potentiâ, hasce salutationes & obsequia parum curat, & si omissa fuerint, non vitio vertit.*

Inania famæ. Inania honoris.

Pari stultitiâ plerique famam captant, re ipsa neglecta. Unde Tac. 2. Annal. vocat *inania famæ*: item *ludos & inania honoris*.

Panici terrores. Belli simulacra.

Sic in bello sunt τὰ κενὰ τοῦ πολέμου; item πανικὰ, unde Lucret. *belli simulacra*: & Curt. lib. 4. *Ac pleraque inania, sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor.*

Inania & imagines belli.

ibid: *Vanis & inanibus militem magis, quam justis formidinis causis moveri:* & Livius lib. 3. *Ut non bellum, sed vanam imaginem belli Capitolium insedisse contenderent.*

Tutanus.

Quæ tamen simulacra, Annibalem ab Roma abegerunt; unde Tutanus Deus consecratus. Varro in Satyr: Ejuscemodi simulacra in C. Rabirio equite notat M. Tullius

Simulacra dignitatis.

Umbram, inquit, *Equitis Romani, & imaginem videtis Judices,*

dices, unius amici conſervatam auxilio, & fide: nihil huic eripi poteſt, præter hoc ſimulacrum priſtinæ dignitatis, quod Cæſar ſolus tuetur & ſuſtinet. Porro eodem exemplo in Republ. ſunt Imperij ſimulacra, quibus homines parum intelligentes inhiant, quæve viri in Republ. principes facile alijs atq; æquo animo indulgent: quod Guicciardinus lib. 1. Hiſtor, inter laudes ponit Aloiſij XI. Caroli Octavi Patris: ſemper eum magis res ipſas, quam rerum umbras ſectatum eſſe.

CAP. III.

CAP. III.

Quotuplicia ſint Imperiorum ſimulacra. Simulacra Imperij regij. Magni tituli. Sacrificuli creatio. Venetorum ſimulacra. Sacerdos Turcicus: Regia ſepultura.

AC quidem hæc ſimulacra idemtidem variare videntur pro varietate Rerumpublicarum. Quot enim ſunt enim Imperiorum formæ, tot etiam ſunt Imperiorum ſimulacra: & quidem triplicia. Simulacra regia in Ariſtocratia, & populari ſtatu: ſimulacra Ariſtocratica, in regno & populi Imperio: & Simulacra Democratica, in regno & ariſtocratia. Totidem enim ſunt etiam imperij arcana, quæ hiſce ſimulacris opponuntur. Sunt autem ſimulacra regia, occulta veluti privilegia, ſed vana, atque, ut dixi, hordeacea, quæ ab ijs uſurpantur, qui imperio carent; ut quod non habent, videantur tamen habere. Ac neſcio, an uſpiam plura hujus rei exempla repperias, quam apud Venetos; & in

Tres ſimulacrorum ſpecies.

Simulacra regia.

Venetorum ſimulacra.

CAP. III. & in hoc etiam imperio. Dux enim Venetorum pleraque habet sola imperij simulacra, nonulla etiam Imperij arcana; utpote titulum Ducis, primum locum sententiæ, munitam habitationem, & id genus alia. De Macedonibus Curtius lib. 4. *Macedones assueti quidem regio imperio, sed majore libertatis umbra, quam ceteræ gentes.* In Romana republica pauca simulacra regia repperio; an quod nonnulli scriptores non anxiè scrutati sunt, an vero quod ejectis Tarquinijs, uno velut ictu totum regnum absciderunt? Ac tamen illud insigne est, quod refert Livius lib. 2. *Rerum*, inquit, *deinde divinarum habita cura, & quia quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant, nec ubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant.* Est hoc simulacrum regij imperij. Nam sacerdotium Pontifici subjecêre, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret. Creatio etiam illa duorum consulum ideo magis libertatem aliquam introduxit, quod annua fuit, quam quod deminutum quicquam fuerit ex regia potestate, teste Livio eod. libro. Unde Poeta:

Creatio regis sacrificuli.

Creatio duorum consulum.

quo primum dominatus Roma superbos
Mutavit placidis tempore consulibus:

Eadem Imperij species fuit in Muphthio, qui sub Selimo Turcarum principe, primus superstitionis Mahometicæ Antistes & interpres, tantæ in speciem autoritatis fuit, ut refert Las. Sorantius, ut ipsius sententiæ nunquam quisquam aperte contradiceret: quoties vero princeps ipse præsens aliquid imperat, Muphthius veluti attonitus, ad adulandum laudandumque prodit. Sed & illud simulacrum regium videtur, regio more sepeliri, quod argute juxtà & Sapienter Henricus IV. roganti cuidam, cur Rudolphum non regem regio tamen honore sepultum sineret, respondit: *utinam omnes inimici mei tam honorificè jacerent.* Unde Poeta Germanus de reb. gest: Frider. I. lib. 7.

Antistites Turcici.

Regiũ sepulcrum.

Stulta

Stulta superstitio, quodq; huic sors justa negarat,
Viventi, stolidus morienti contulit error.

Quanquam aliter visa est sentire Theodora illa, quæ ad Justinianum Imp. maritum trepidantem imperium occupare, Nescis, inquit, mi marite, quam pulcrum sit in sepulcro positum esse Imperatoris nomen. Aliter etiam Nero erga matrem: quod tamen detestatur Tragicus in Octav:

Regia monumenta.

Simulacra, titulos, destruit mortis metu.

Ceterum illam in sepultura superbiam ridet in suo περιέργῳ Theophrastus. *Quod si*, inquit, *uxor obierit, monumento ejus, & mariti, & patris, & matris nomina inscribit, itemq; cujas ipsa sit; tum hoc elogium insuper addit: singulari omnes isti probitate erant.*

CAP. IV.

CAP. IV.

Tiridatis Regis Partorum inanis & fumosa ambitio: ferrum non tradere, provinciales amplecti, in honore consulari esse. Victis nomen, linguam, habitum, & vestes relinquere. Superba nomina, toruli fœminarum.

Risi, neque enim diffiteor, postquam legi Vologesis illius apud Tacitum, 15. Annal, ventosam, & minime regiam, imò abjectam ambitionem. Hic Vologeses proprijs nuntijs à Corbulone duce Romano petijt, ne

Regis non regia petitio.

CAP. IV.

frater suus Tiridates, postquam regium suum Diadema Neroni subjecisset, ferrum traderet, aut complexu provincias obtinentium arceretur, foribusvè eorum assisteret; tantusque Romæ, quantus consulibus, honos esset. Qualis hæc, dî boni, petitio pro Rege? nisi quod turpe erat Regi, discingi, & quidem, Parthorum Regi, qui semper, & de more gentis, teste Ammiano lib. 23. cincti erant. Atque aliàs plebeijs non licebat consules Legatos amplecti: quod Severus, Legatus tunc temporis Africæ, apud Spartianum ait: *Legatum populi Romani, homo plebejus, temere amplecti noli.* Sed nec exigua erat dignitas & autoritas consulis, sed tunc temporis inanis, & sine ulla re. Quari Romani, qui hæc simluacra parvi faciebant, petitioni illius gratiam facile fecerunt. ideo Tacitus: *Scilicet externæ superbiæ sueto, non erat noticia nostri, apud quos jus imperij valet, inania transmittuntur.* Nam ut in cedendis ejuscemodi simulacris umbraticis indulgentissimi erant Romani, ita in retinendo jure & vi Imperij fuerunt studiosissimi. Cujus rei etiam exemplum est apud Poetam 12. Æneid. Juno eum omnia nequicquam tentasset ut opprimeret Teucros, ne Imperium Italiæ invaderent, tandem veluti tantis rebus impar, à Jove petijt, ut quandoquidem Trojani Italia potituri essent, nomen tamen mutarent; Latini vero retinerent pristinum nomen, eandem linguam, eundem habitum:

Gladium non tradere.

Legatos amplecti.

Consulari honore affici.

Romanorum est inania transmittere.

Victis pristinum nomen relliquere, & victorum nomen assumere.

Ne velis Indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri jubeas, Teucrosq; vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.

Ecquis adeo est nullius nasi, quin olfaciat hoc simulacrum solummodo esse, in quo Juppiter facile morem gessit Junoni; ita enim pergit Maro:

Olli subridens hominum rerumq; repertor
Do quod vis, & me victusq; volensq; remitto.

O victoriam inanem? Idem ferè de Longobardis scribit aliter ille Augustus vates lib. 2.

Dicitur

Dicitur à Longis ea Longobardia barbis,
Protinus indigenis paulatim sanguine mixto,
Barbara plebs, præter consuetum gentibus usum.
Transijt in sociam suscepto nomine gentem.

Superba nomina, magni tituli, inania sunt: & de quib. parum solliciti sunt viri fortes, modo rem ipsam habeant. in quo Comicus ludit militem illum Pyrgopolinicen *plenum*, ut ait, *gloriarum*, *de campis Gurgustidonijs*, *de Bombomachide, Cluninstati, dysarchide.* Quæ eadem vecordia erat eorum, qui falsos triumphos ementiebantur, vel de falsis pugnis ad tribunum referebant: qua de re idem Plautus, *Mille commemorari possunt, qui convicti & condemnati falsis de pugnis sient*: qualem gloriolam multi è mustaceo quærunt, veluti fœminæ ex torulis, quæ, ut est apud Juvenal, *compagibus altum ædificant caput*, quas Lucanus appellat turritam coronam.

Falsæ pugnæ.

Coronæ turritæ fœminarum.

CAP. V.

Simulacra aristocratici Imperij: non omnia momento immutare: eadem vocabula magistratus relinquere, paulatim, ὡς βραδεῖ ποδί, insurgere: cuncta per consules incipere: speciem pristinæ reip. relinquere.

Hujuscemodi, & id genus alia, obtrudi fas & mos est ijs, qui imperij nomine delectantur; tum ut hisce perceptis altiora negligant; tum etiam ut mutato regno umbra prioris Reipub,

CAP. V.

Simulacra aristocraticæ Reipubl.

remaneat. Atque eodem modo republica aristocraticæ in regnum mutata, imagines quædam libertatis rellinquuntur: quas nullus Historicorum aut Politicorum acrius diligentiusque expressit, quam Cornel. Tacitus; cui qui Sallustium præferre ausi sunt, næ illi hæc occulta atque arcana consilia parum intelligunt. Quo magis absurdum est, & ut JCti loquuntur, novum, quod disputat acutus Scriptor ex Hetruria; mutata republica, omnia uno momento mutari oportere; quod cum aliâs neget, quoties tyranni opprimuntur, & cives se in libertatem vindicant, mirum est, quare hoc in novo principatu statuat. Cæsari certè hæc mutatio acceleravit interitum: Plurima enim, ait Tranquil. in Cæs. immutavit, continuum consulatum, perpetuam Dictaturam accepit, præfectos pro prætoribus constituit, & spreto patriæ more magistratus in plures annos ordinavit. Quo prudentius Augustus, de quo Tacit. 1. Annal. *Domi res tranquillæ, eadem magistratuum vocabula:* & regulariter, ut ait Ulpian: l. 16. D. De Constitut. prin. *In rebus novis constituendis, evidentem utilitatem esse debere, ut recedatur ab eo, quod diu æquum visum est.* Quare de eodem Augusto Tacit. ibid: *insurgere paulatim, munia senatus, magistratuum, legum in se transferre, nullo adversante.* Et vide astutiam Augusti; non solum enim veterem morem reliquit; sed etiam exegit, ut quoties sibi consulatus daretur, binos pro singulis collegas haberet, clamantibus cunctis, satis majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero gereret, Sueton. in Aug. Quem Tiberius secutus, *paulatim*, ut idem Sueton. ait, *principem exercuit*, hoc est, lento nisu, & ut Euripid. eleganter ait, σιγῇ, καὶ βραδεῖ ποδί. & Tacit. 1. Ann: *cuncta*, inquit, *per consules incipiebat, tanquam vetere Republ:* & alibi, *sua*, inquit, *consulibus, sua prætoribus species.* umbram nimirum & speciem veteris Reipubl. relictam oportuit, quâ mirificè capitur vulgus. Idem ait Tacit. lib. 2. Annal. *Erat adhuc frequens Senato-*

Mutata republ. species pristinæ Reip. linquenda.

Cæsaris præpostera festinatio.

Eadem magistratuum vocabula retinere.

Paulatim principem exercere.

Cuncta per consules incipere.

nato-

natoribus, si quid è republica videretur, loco sententiæ dicere. Eadem arte usus est Laurentius Mediceus occupata iterum Republ. Florentina. Nam ut demuceret civium animos, qui Soderino favebant, Joannem Baptistam Rudolphum popularem & libertatis studiosum in locum Soderini annuum Vixilliferum creavit, ne videretur Aristocratiam inducere; idq; minime observarunt Decemviri apud Romanos: ideo Livius lib. 3. *Lata principia magistratus ejus nimis luxuriavêre, eo citius lapsa res est, repetitumq; uti duobus mandaretur consulum nomen Imperiumq;.* In eandem sententiam expresse Aristot. lib. 4. Polit. c. 5. Contingit autem hoc maximè post mutationem Rerumpublicarum. Non enim statim mutantur, sed contenti sunt homines ab initio parva accessione potentiæ. Itaque leges quidem manent, ut erant; prævalent tamen, qui Rempubl. mutaverunt.

CAP. VI.

Non usurpare novos aut fastuosos titulos. Princeps senatus. Civitatis, plebis princeps. Tribunatus: à regio, & Domini, & Jovis titulo abstinere. Servum servorum se appellare, fratrem se profiteri civium. Superstitio & curiositas circa titulos.

Idque adeò verum est, ut etiam primi Principes atque Imperatores Romani, non alios titulos usurparint, quam qui usitati erant in Re- *Vulgare nomen & usitatos titulos usurpare.*

CAP. VI.

Dominatione abuti.

publ. Romana; hoc enim esset, ait Sueton. *dominatione abuti.* Tacitus lib. 1. Ann. de Augusto. *Lepidi atque Antonij arma in Augustum cessere, qui cuncta discordijs civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit,* & Dion de Tiberio; *Princeps à Senatu, ritu prisco, dicebatur; & ipse sæpe aiebat, dominum se servorum esse, imperatorem militum, principem ceterorum.* Principis enim vocabulum usitatissimum erat in Republ. Romana Livius lib. 2. *Appius in Principum dignationem pervenit:* & lib. 4. *plebis principes.* & passim *princeps Senatus, & civitatis:* Varro: *interrogatur,* inquit, *à Principe civitatis.* Contra, Domini nomen, sicut & regis, infensum erat apud Romanos. Quo alludit Martialis,

Princeps.

Princeps Senatus.

Domini vocabulum sicut & regis, invidiosum Romanis.

Frustra blanditiæ venitis ad me
Attritis miserabiles labellis,
Dicturus Dominum Deumq; non sum,
Jam non est locus hac in urbe vobis.

Idem enim Tacit. de Tiberio, *acerbe,* inquit, *increpuit eos, qui divinas occupationes, ipsumq; dominum dixerant.* Id enim laborabat, ut externa Reipubl. forma, quam solam intuetur plebs, aliquamdiu conservaretur: adeoque Augustus haud aliò, quàm tribuniciæ potestatis præscriptione, senatum coegit; & ut Vellejus clarius, *præmuniendæ regalis potentiæ tribunatum ingressus est,* Sic Philippus rex Macedoniæ, devicta Græcia, non regem se Græciæ, sed ducem appellari jussit, Justin: lib. 9. Et Alexandro mortuo, principes Macedoniæ non prius reges appellari cupiverunt, quam tota Alexandri stirpe mortua: ita enim Justinus lib. 15. *Regij honoris ornamentis tamdiu omnes abstinuerunt, quamdiu filij regis sui superesse potuerunt. Tanta in illis verecundia fuit, ut cum opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro justus heres fuit.* Et singularis in Vespasiano fuit, modestiane an verò prudentia, quod Vologesen, qui ad eum scripserat his verbis. *Rex Regum*

A regijs ornamentis abstinere.

Arsaces

Arsaces Flavio Vespasiano salutem: ne reprehendit quidem, sed ei ijsdem verbis non ascriptis, imperatorijs nominibus respondit. Aliter Gregorius magnus Patriarcham Constantinopolitanum acriter monuit, ne se appellaret universalem Dominum, sed potius Servum Servorum. Quam insolentiam etiam in Alexandro Curtius arguit lib. 4. *Jovis filium se non solum appellari passus est; sed & jussit, & rerum gestarum famam, dum augere vult, tali appellatione corrupit.* Quare Julianus ille Medices, autore Jovio in vita Leon X. ex tanto temporum locorumque intervallo reductus in Rempubl. Florentinam, primum non in Medicæas ædes, sed in Albicianam se contulit; deinde singulari humanitate & comitate, Domini & Magnifici nomen repudiavit, seque civem omnium æqualem, atque omnium fratrem esse professus est: Quo insolentius Vitellius tunc demum Cæsarem se appellari jussit, cum de Imperio periclitaretur, antea aspernatus. Est igitur hoc arcanum simulacrum formæ aristocraticæ in principatu. Ceterum fuit & olim nonnunquam & hodie propter præjudicium aliarum rerum, magna superstitio titulorum: idque est quod Patres Romani maluerunt communicare plebi consularem potestatem, quam consulum nomen, teste Dionysio. Unde Curtius lib. 4. refert, *Alexandrum præcipuè movisse id, quod Darius sibi regis titulum, nec eundem Alexandri nomini ascripserat.* Sic, cum Julius pontifex Pompejo Columnæ per litteras gratiam & reditum polliceretur, Columna tamen litteras illas, quod Episcopi Reatini titulum in præscriptione non posuerat, rejecit, præconique dixit; alibi eum Pompejum, ad quem Pontifex scripserat, esse querendum, se esse Episcopum Reatinum. Qua de re nonnunquam maximè controversiæ fuerunt inter Impp. & Pontifices. Unde Gunterus:

CAP. VI.

Servum Servorum esse.

Iuliani Medicis popularitas.

ὀψιμαθία Vitellij.

Magna superstitio circa titulos.

Verba remittebat cartis odiosa superbis.

Sena-

CAP. VII.

CAP. VII.

Senatum participem facere comitiorum; ut habeat potestatem creandi minores magistratus, & gerendi. Questura Romanorum. Pontifices horum arcanorum Magistri.

Imaginem comitiorum remittere senatui.

COMITIORUM jus, ut primo libro dixi, summi Imperij est. Quare Principes Romani illud, qua pote arte, in se traxerunt; sed lente ac pedetentim. Imaginem enim comitiorum reliquerunt senatui. Julius Cæsar, teste Suetonio, illud cum populo divisit, consulum creatione excepta, quam sibi & senatui ascripsit. Idem fecit Augustus. Tiberius verò totum comitiorum jus, exclusa plebe, cum senatu fere communicavit. Hic dices; hæc summi Imperij fuisse, ideoque minimè cum Senatu communicanda. At enimvero non tam ipsa communicabatur res, quam rei tantum species, identidem & administrante summo principe. At hæc in novo principatu quibusdam concessis opus est, quæ postea, corroborato imperio, facile abolentur. Tacit. 1, Annal. *Tunc primum è campo comitia ad patres translata sunt: Nam ad eam diem, etsi potissima arbitrio principis, quædam tamen studijs tribuum fiebant;* (nota mihi hoc loco hujus simulacri vestigium) *neque populus ademtum jus questus est, nisi inani rumore; & senatus, largitionibus ac precibus sordidis exsolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quattuor candidatos commendaret, sine repulsa & ambitu disignandos.* Hæc Tacitus.

Speciem Imperij communicare cum Senatu; sed omnia moderante principe.

citus. Quorum quidem pleraque nihil aliud sapiunt, quam imperij simulacra: potissima enim, inquit Tacit, arbitrio principis fiebant. Itaque in fine lib. 1. explicata ratione comitiorum, quæ maximè confusa videbatur, subjungit: *speciosa verbis, re inania aut subdola &c.* Hujuscemodi imaginem relliquit pristinæ Reipubl: Enimvero consulum renunciationem, quorum erat summi imperij nomen, teste Pompon. l. 2. de orig. Jur. in se transtulit, aliorum magistratuum, inaniorumque, ad senatum rettulit, commendatione sua interposita: minores namque magistratus creare, minores etiam gerere, simulacra tantum Imperij sunt. Cumprimis tamen cavendum est, ne ulterius progrediantur; quemadmodum Romæ plebeij quæstores facti, de quo Livius lib. 4. *Pro ingenti*, inquit, *victoria id fuit plebi, quæsturamque non honoris ipsius finem æstimabant, sed patefactus ad consulatus ac triumphos locus novis hominibus videbatur: Patres contra non pro communicatis sed pro amissis honoribus fremere, negare, si ita ea sint liberos tollendos esse.* Ceterum hanc artem egregiè calluerunt Pontifices, ut notat Alber: in l. 3. C. De quadrien: præscrip: cujus verba non dubitavi huc referre, quod præsenti rei convenientissima sunt: *Pontifices*, inquit, *Ecclesiæ Romanæ insigni astutia, secundum temporum varietatem sua variarunt statuta, nunc imperium attollendo, nunc deprimendo, de tempore in tempus; nullam ob causam, nisi ut sensim omnia & cœlestia & terrena, & spiritualia & temporalia pedibus suis, ut palam gloriantes, subjicerent. Ego quorundam prægmaticorum libros inspexi tantum: ac tamen mirificè me capiunt, propter acumen & maximarum rerum scientiam atq; usum, Ad quorum tamen lectionem delicatuli nostri juvenes fere nauseant: quasi verò non aliquando lucri sit, ex fæce aquam haurire.*

CAP. VII.

Creare & gerere minores magistratus, simulacrum est Imperij

Restringenda sunt hæc simulacra.

Quæstura primus gradus ad dignitates.

Pontificū Romanorum σοφίσματα, sive arcana consilia.

Pragmaticorum ἐμπειρία.

CAP. VIII.

Altercationes ſenatui præbere: de omnibus rebus ad P.C. referre: quædam ad ſenatum rejicere; ut coercitioné luxus, provinciarum poſtulata; in ſpeciem etiam ea, quæ majora ſunt offerre.

ACTUM fuit in Senatu Romano de ſeditione Hiſtrionum, dicebanturque ſententiæ, ut prætoribus jus virgarum in Hiſtriones eſſet. Ibi tunc interceſſit Haterius Agrippa, increpitusque eſt Aſinij Galli oratione; ubi Tacitus, *ſilente Tiberio, qui ea SIMVLACRA LIBERTATIS ſenatui prabebat.* Ecce, ſenatorum liberas altercationes & diſſenſiones, appellat ſimulacra libertatis: idque olim ſtante Republ. licebat, ut videre eſt in orationibus apud Livium, & imprimis ex duabus illis & diverſis Catonis, & Cæſaris apud Salluſtium. Idem certamen fuit inter Piſonem & Gallum cenſénte Piſone, de publicis rebus agendum eſſe abſente principe, ut ſenatus & equites ſua munia ſuſtinerent: Gallo contrà dicente, nihil ex dignitate pop. Romani agi poſſe, niſi coram & ſub oculis Cæſaris. Ubi idem Tacitus 2. Ann. *audiente hæc Tiberio, & ſilente.* Quæ contradicendi licentia, magnam præ ſe ferebat libertatis veterisque Reipub. imaginem. Ex quo loco vide, quæſo, & conſidera diverſitatem ingeniorum in Senatu Romano. Piſonis enim ſententia, quàm fuit Ariſtocratica? Galli vero, quàm aſſentatoria & obſequioſa? Nam quod per litteras

Mutuas objurgationes ſenatui præbere.

Altercantibus Senatoribus ſilere.

Ingeniorum in Senatu diverſitas.

ras Tiberius castigavit patres, cur cuncta ad Principem referrent, id refero ad simulacrum Imperij; sicut & illud Suetonij de Augusto: *res novas molientem, senatui damnandum tradidit*. Et de Tiberio. *Quin etiam speciem quandam libertatis induxit senatui ac Magistratibus, & majestate pristina, & potestate. Neque tam parvum quiddam, neque tam magnum publici privatique negotij fuit, de quo non ad Patres conscriptos referretur*, Et sanè magnificè in oratione quadam Tiberius, sed subdolè. *Majus aliquid & excelsius, in principe requiritur:* ita enim ego sententiam illam intelligo, longe aliter atque alij. Nimirum senatui concessit & remisit ea, quæ nullius momenti erant; ut erat coercitio luxus in vasis, vestibus, multitudine servorum; ipse vim & jus Imperij tenuit, quod ait multo majus atque excelsius esse. Illa enim minora atque inferiora negotia, tuto ministris committuntur: Unde Horatius,

Princeps ipsa jura Imperij tractat, reliqua transmittit. & Senatui concedit.

> *Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus*
> *Inciderit.*

Eadem quoque de Decemvirorum imperio Livius lib. 3. *quædam, quæ sui judicij videri possent, ad populum rejecerunt*. Qua in re omnes fere principes superasse mihi videtur Tiberius. Disertè Tacit. 3. Annal. *Tiberius vim principatus sibi firmans, IMAGINEM antiquitatis senatu præferebat, postulata provinciarum ad disquisitionem patrum mittendo:* quomodo identidem Consulares, præfectos exercitibus corripuit, quod non de rebus gestis Senatui scriberent, quodque de tribuendis militibus donis, ad se referrent, quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent. Mira me hercules astutia, quippe quod hæc omnia solius erant Principis, veluti Dominationis arcana. Quam etiam vafritiem in eo comperio, quod tamen, quoties de paulo majoribus negotijs agebatur, toties fere adversatus est senatui, retinendæ dominationis causa: quod acutè ut omnia Tacit. 2.

Mira astutia Tiberij in offerendo, quod ipse retinere malebat.

Princeps in arduis negotijs adversatur senatui.

CAP. IX. Annal. *Inclinatio senatus incitamentum fuit Tiberio, quò promtius adversaretur.* Sed hoc potius arcanum quoddam dominationis est.

CAP. IX.

Decennalia Imperij. Senatui tradere regendas provincias imbelles. Exercitum appellare non suum, sed populi Rom. Senatum appellare caput Imperij. P. Conscriptos in Oratione præponere Cæsari. Senatui assurgere, via cedere: Senatum appellare Dominos suos. Senatui jus vectigalium ad tempus demandare.

Iurare se restituturũ imperium decennio post.

EJUSDEM notæ sunt decennalia illa Imperij. Etenim Augustus ne videretur perpetuum Imperium invasisse, promisit, decennio post, non modo imperium, verum etiam provincias, quas sortitus erat, Senatui à se restitutum iri: quo tempore elapso tantum absfuit, ut restituerit regnum, ut sibi iterum in decennium prorogaverit. Refero ego hoc ad simulacrum Imperij, quo Augustus lactabat, & producebat senatum Romanum. Sicut & illud, cujus meminit Dion lib. 53. quod eas provincias Senatui relliquit, quarum

CAP. IX.
Belli molestia carere.

quarum incolæ minimè erant bellicosi aut feroces, quo videretur omnes belli molestias Senatui adimere, atque in se transferre. Quocirca potentissimas quasque provincias ipse administravit; ubi Historicus ἔργῳ δὲ, inquit, ἵνα ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἄοπλοι καὶ ἀπόλεμοι ὦσιν· αὐτὸς δὲ δὴ μόνος καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ. *Revera autem ideò fecit, ut senatus inermis esset, ipse vero arma & milites haberet*, Ac tamen quod maximum erat antiquæ libertatis simulacrum, exercitus Romanos non principis appellari voluit, sed populi Romani. Ideo Cicero de Lepido. *meminisset, non suum illum exercitum, sed populi Romani esse.* & Adrian: ita se rempubl. gesturum ut sciret rem populi, non suam esse. Eadem ratione post patres Conscriptos demum Cæsares appellabantur; ut apparet ex illo Crispi municipis Visillensis, quod Interpres Juvenalis citat: *P. C. & tu Cæsar.* Eadem simulatione Otto Imp. Senatum Romanum appellavit *caput Imperij*, Tac. lib. 1. Histor. Quo nomine etiam Duces Imperatores appellabantur, Tacit. 3. Annal. *Tiberius idquoque Blæso tribuit, ut Imperator à legionibus salutaretur, prisco erga duces honore, qui bene gesta Republ. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur; pluresque simul Imperatores, nec super ceterorum æqualitatem. Concessit quibusdam & Augustus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæso.* Videntur hæc nullius rei esse, quorum tamen neglectio maximam invidiam conciliavit principibus; veluti J. Cæsari, quod senatui non assurrexit: Sueton. *Præcipuam*, inquit, *& inexpiabilem invidiam sibi movit, quod adeuntes se cum honorificentissimis decretis universos P. C. sedens pro æde Veneris genitricis excepit.* In quo Augustus sapientior, Patres salutavit sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonente, & discedens sedentib. singulis valedicebat. & de Tiber: *Consulibus assurrexit, & decessit via.* Ecquid aliud vult Oratio illa Tiberij ad Senatum, vel potius simulatio? *Et nunc & sæpe alias dixi P. C. bonum & salutarem prin-*

Exercitum vocare populi Rom.

Rempub. dicere rem pop. non suam.

Patres conscripti, & tu Cæsar.

Senatus caput Imperij.

Duces belli appellare Imperatores.

Sedenti senatui assurgere, & valedicere.

Via decedere.

CAP. X. Senatores Dominos appellare.

cipem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis, senatui servire debere, & universis civibus sæpe, & plerumque etiam singulis, neque id dixisse me pœnitet: & bonos & æquos & faventes vos habui dominos, & adhuc habeo: Suet: in Tiber: plane ex consilio Seniorum erga Rhoboam: *Si hodiè fueris servus populo huic, servierisque eis, & locutus fueris eis bona verba, erunt tibi servi omnibus diebus*, 1. Reg. 12. quam ob causam etiam Tiberius nunquam curiam nisi solus intravit, & lectica introlatus æger, comites à se removit. Cujus generis est identidem illud, quod Nero vectigalium constitutionem, quæ ut dictum est, & teste Hermogeniano; est summi principis, indulsit consulibus & tribunis, *acri*, ut loquitur Tacit, *libertate*, in speciem nimirum & ad tempus tantum. Neque aliter accipio initium illud Neronis, quod tantopere prædicatur. *Teneret antiqua munia senatus: Consulum tribunalibus Italia & publicæ provinciæ assisterent: illi patrum aditum præberent; se mandatis exercitibus consulturum.* Talia in initio regni usurpari solent civilitatis indicia, & plena illecebris ac technis.

Vectigalium constitutionem indulgere Consulibus.

Neronis insidiosa civilitas.

CAP. X.

Simulacra Imperij democratici. Varias voluptates, ut ludos & spectacula, præbere plebi: congiaria militibus & plebi dare: plebem laudare, gratias agere. Hominum, rerum, ac temporum ratio in publicis negotijs.

PORRO

CAP. X.

PORRO cum in regno, tum etiam in Aristocratia, plebi quædam obtruduntur simulacra, quibus veluti lacte se pascit atque infatuatur, &, ut Lucret ait, *decepta non capitur.* Id quod ait Canulejus ille lib. 4. apud Liv. *Nemo est nomen daturus, nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro superbis dominis; cum quibus nec in Republ. honorum, nec in privata connubij societas est.* Augustus certè occupato imperio, varias & occultas artes excogitavit, quibus populum, memorem adhuc pristinæ libertatis, occupatum teneret sibique devinciret, donis, annona, dulcedine otij, imprimis verò indulgendis voluptatibus, adeoque ludis atque spectaculis exhibendis: unde Cic. appellat popularia munera. Hinc enim fit, teste Aristot. lib. 6. Polit. cap. 4. *ut plebs præsentem Reipubl statum amet, siquidem plerisque lubet dissolutè vivere, quam modestè,* Locus est hac de re insignis apud Tacit. in vita Agricolæ, qui à me adducitur, non tantum quod huic rei conveniens est; verum etiam propter multifarias prudentiæ notas. *Sequens*, inquit, *hyems saluberrimis consilijs absumta: namque ut homines dispersi ac rudes, eoq; bello faciles, quieti & otio per voluptates assuescerent, hortari privatim, adjuvare publicè, ut templa, fora, domus exstruerent, laudando promtos, & castigando segnes. Ita honoris æmulatio, pro necessitate erat. Jam verò principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum studijs Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent; inde etiam habitus nostri honor, & frequens toga, paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conviviorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.* Primum ait, voluptatibus frangi atque conservari plebem. Est enim hoc simulacrum aliquod libertatis. Quippe vulgus cum hujuscemodi voluptates impunè exercet, omnia se assecutum esse existimat. Ideo Tacitus de Augusto lib. 1. An-

Simulacra Reipubl. popularis.

Spectacula, aliaque munera popularia exhibere populo.

Pulcræ artes emolliendi hostem ferocem & barbarum.

CAP. X.

Anal: *Neque ipse abhorrebat talibus studijs, & civile*
rebatur misceri voluptatibus vulgi: ut ut hoc animi viti-
um esse existiment Jurisconsulti. Quare Augusto cupi-
enti hanc licentiam restringere, respondit Mecœnas ille
prudentissimè: Συμφέροισὶ καῖσαρ, περὶ ἡμᾶς τὸν δημον
ἀποτρίβεσθαι: *Expedit tibi Cæsar, plebem sic occupatam*
esse: & Livius lib. 5. de Vejorum Rege; eum in odio fu-
isse, *quod solennia ludorum, intermittere nefas erat, di-*
remisset. Quo imprudentius mihi fecisse videntur Gal-
ba, Piso, Pertinax, Hadrianus sextus, alijque in nimis
severè restituenda disciplina. Omnium turpissimè Gal-
ba, qui eo tempore, quo heredem designabat Imperij
orbis terrarum, donativum negavit militibus, & quidem
prætorianis, in quorum manu posita erat salus princi-
pis: quibus eo tempore indulgendum erat potius, quam
danda occasio, qua omnem disciplinam abrumperent.
Constabat enim, inquit Tacitus, *potuisse conciliari animos*
quantulacunque parci senis liberalitate. Qua severitate,
cum intellexisset Galba se militem offendisse; tunc de-
mum de congiario cogitavit, sed sero, ideoque frustra.
Sera tunc remedia, inquit ille, *cum vulnus jam ad ex-*
tremos halitus pervenit. De Ottone verò, postquam
milites muneribus expugnasset, quæ & qualia Tacitus.
Nec deerat, inquit, *Otto protendens manus, adorare vul-*
gum, jacere oscula & omnia SERVILITER PRO
DOMINATIONE. De Pisone vero: *Nec*, in-
quit, *aliud sequenti quatriduo dictum à Pisone in publi-*
cum factumve. Eant hujuscemodi Pisones in Utopiam
alicujus Mori, indigni & impares turbulento imperio.
Sed ad priorem locum Taciti redeo: Romanos Britan-
norum ingenia prætulisse Gallis. Astutè medius fidius.
Eadem arte usus est consul Romanus apud Livium lib. 3.
Agite, inquit, *Juvenes, præstate virtute peditem, ut ho-*
nore atque ordine præstatis. & Otto, qui militum se-
ditionem pietatem appellavit, *Nimia*, inquit, *pietas*
vestra, acrius quam consideratius hunc tumultum excita-
vit,

Σολοικισμὸς imperandi in Galba, Pisone, Pertinace.

Artes serviles, sed necessariæ pro dominatione.

Piso nimis homo antiquorum hominum.

Præferre Britannos Gallis.

Seditiosos milites appellare pios.

vit. Ideo Tacit. *Romanos laudando Britannorum barbariem fregiſſe.* Unde Livius lib. 2. *Addebantur & laudes.* & ibid. *Cohortes Latinæ Hernicæq;, gratijs ob impigram militiam actis, remiſſæ domos,* & argute Scaliger in Epidorpidum libris plenis non dicam Socraticis, ſed divinis ſermonibus.

CAP. XI. Plebem laudare.

Laudarier à plebe aditum dat ad ſenatum,
Laus ore ſenatus dabit imperare plebi.

Ceterum hæc popularitas Hiſtrionica in Auguſto laudem meruit: in Vitellio vituperium, Tacit. 3. Hiſtor. *Sed comitia conſulum cum candidatis civiliter celebrans, omnem infimæ plebis rumorem, in theatro ut ſpectator, in circo ut fautor, affectabat: quæ grata ſane & popularia, ſi à virtutibus proficiſcerentur; ſed memoria vitæ prioris indecora & vilia accipiebantur.* Nimirum verè Plinius 6. Epiſt: *Non omnibus eadem conveniunt: præterea faciendi aliquid, vel non faciendi, vera ratio tum hominum ipſorum, tum rerum ac temporum initur.*

Non omnia omnibus decora.

CAP. XI.

Παῤῥησία & libertas dicendi, ſcribendique. Turcarum reverentia erga principem. Plebs natura loquax, & verbis ſe ulciſcitur. Rumuſculi & paſquilli fruſtra prohibentur.

MEMORABILE mihi viſum eſt, quod memoriæ proditum eſt de reverentia Turcarum erga principem, grande nefas eſſe, de Principe ſiniſtrè cogitare; idque ſeveriſſimè vindicari:

CAP. XI.

Apud Turcas nefas est de principe sinistre cogitare.

dicari: quod recenti exemplo testatum fecit hodiernus Mahometes. Nam Scolasticorum, quos Totsi sua lingua vocant, 500 crudelissimè interfecit, quod erga eum significationem aliquam cogitationis minus pudicæ edidissent. Id quod iniquissimum esse dicerem, nisi me idem monuisset sapiens Ecclesiastes c. 19. *Etiam in cogitatione tua regi ne maledicas, & in penetralib. cubiculi tui ne maledicas diviti: quia avis cœli deferet vocem ipsam, & habens alas annunciabit verbum.* Paulo humanius antiqui reges Ungariæ, quos, teste Ottone Frisingense, nemo non solum manifestis contradictionibus exasperare; sed etiam occultis susurris lacerare impunè audet. Ceterum plerique imperatores Romani hanc maledicendi licentiam populo indulserunt. De Cæsare Sueton: *Si qua aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit quam vindicare: & acerbè loquentibus, satis habuit pro concione denunciare, ne perseverarent.* Unde olim non appellabantur seditiosi; sed tantum novi sermonis autores, ut videre est apud Livium lib. 5. Plebs enim, ut est natura loquax, ita præclarè secum agi autumat, si possit lingua ad criminandum pro libidine uti; libertate præsertim amissa, & cruda adhuc servitute: ut Justinus ait lib. 9. *quoniam rebus nequit ulcisci, verbis usurpare libertatem cupit:* quod ait Tiberius apud Tranq: *in civitate libera, linguam mentesque liberas esse oportere.* Quid enim plebi reliquum erit, ademto per inquisitiones loquendi audiendique commercio? Unde idem Tiberius ceteroquin severissimus, *in se*, inquit, *jacta, nolle ad cognitionem vocari:* & pulcrè Crematius in Oratione quadam apud Tacit: *Ipse D Julius, ipse D Augustus tulêre illa & relliquêre; haud facile dixerim moderatione magis, an verò sapientia; nam spreta exolescunt, si irascare, agnita videntur,* Adde, quod lubricum linguæ ad pœnam non facilè trahendum est, l. 7. D. Ad L. Jul. Majestat. Ac tamen difficile est nonnunquam viris potentibus hæc devorare atque concoquere: ideo August: ad Tiber.

Novi sermonis autores.

Plebs verbis se ulciscitur.

Lapsus linguæ.

Ætati

Ætati tuæ, mi Tiberi, noli hac in re indulgere, & nimium indignari, quenquam esse, qui de me male loquatur, satis est si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit: prudenter & recte. Qui enim mentem atque nasum habet, hæc identidem susque deque habet, contentus ipsa vi Imperij: idque Laurentius ille Medices dicere solitus est; *loquantur illi, nos vero faciemus.* & Lycus apud Senec. in Herc. *Ars prima regni, posse te invidiam pati.* Sed & crudele est, ut facta, ita dicta punire, Curtius lib 8. *Detestabile carnificis ministerium occupaverat Rex verborum licentiam, quæ vino poterat imputari.* Et quis tantis cervicibus qui comprimat? *Ingens opus*, canit Poeta, *labore bisseno amplius:* adeo nimia coercitio *alimentum famæ est*, ut scribit Tac. Cautè tamen faciet, si ex ijs, quos pote, studiosè notet, ab ijsque sibi diligenti custodia caveat. Nam, ut ait Alexan: apud Curt. lib. 6. *linguæ temeritas pervenit ad gladios.* Quæ causa fuit latæ Constitutionis à Theod. l. unica. C. Si quis Imper. maled: cujus sufficit hic meminisse; quod ab alijs lucem accepit. Eadem est prurigo scribentium: Nero tamen scriptorum monumenta concremare voluit, arbitratus scilicet illo igne vocem populi Rom. libertatem Senatus, & conscientiam generis humani aboleri. *At contra*, inquit Tac: 11. Annal. *punitis ingenijs gliscit autoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem sævitiâ usi sunt, nisi dedecus sibi, atq; illis gloriam peperêre.* Qua de re valde jucunda est Historia apud Jovium, de Hadriano sexto; qui cum gravissimè ferret, se famosis carminibus apud Pasquilli statuam lacerari; postea id civili animo tulit, edoctus à Ludowico Suessario, eam maledicendi licentiam obscurorum hominum libertati atque nequitiæ dari, ut cum insignes viros impunè carpserint, fortunam suam ea vindictæ cupiditate consolentur.

Coercitio alit rumusculos.

Pasquilli & prurigo scribentium frustra inhibentur.

CAP. XII.

CAP. XII.

Ad leviora delicta connivere, quomodo nimijs remedijs delicta accendantur. Paucorum supplicio contentum esse.

Ad delicta quædam connivere.

PERMULTUM quoque facit ad infatuandam, & frangendam plebem, cum ij, qui imperium obtinent, ad leviora quædam delicta connivent: quod vocat Ulpianus in l. 4. D. De manumission: *conniventibus oculis agere*, id est, ut Accursius explicat, non inspecta stricta juris ratione. Id ait rex ille Macædonum apud Liv. lib. 42. *Non quia probaret; sed quia in nova possessione regni patienda omnia essent, passum.* Tiberius, quamvis fuit disciplinæ retinentissimus, tamen populum per tot annos molliter habitum, non ausus est ad duriora vertere; & cum instarent Romani Senatores, de luxu coercendo, respondit, *non id tempus esse censuræ*: (quemadmodum & Livius lib. 1. *non id tempus, ut merita exsolverentur*) & 3. Annal: *Quam indecorum, obtrectare quod non obtinetur. Quod si quis ex magistratibus tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obviam queat, hunc & laudo, & exonerari laborum meorum partem fateor.* Mihi equidem magis hic probatur Servilius aliquis lenibus remedijs aptus, quam Appius quidam vehementi ingenio: quod sæpenumero nimijs remedijs delicta augent: de Felice Tacitus, *eum nimijs remedijs delicta accendisse*: & de Manlio Livius lib. 6. *remedio seditionem inritasse.* Ego hoc accipio pro simulacro libertatis: id quod identidem seditiosi juvenes Romani optimatum imperio infensi dicebant: *Regem hominem esse à quo impetres, ubi jus, ubi injuria opus sit; esse*

Nimijs remedijs delicta nonnunquã inritantur.

esse gratiæ locum, esse beneficio; ignoscere, & irasci posse. Cap. XIII. Dico de levibus delictis: aliud est in atrocioribus, quæ seditiones movent, & respublicas pessumdant. Ideo Livius: *id persecare novum prætorem, ne serperet longius, patres jusserunt:* quod & Gunterus eleganter expressit;

Tutius est ferro jam putrida membra rescindi,
Quam partis vitio totum tabescere corpus.

Ac tamen in his etiam paucorum supplicio contenti fuerunt Romani, Livius lib. 4. *Consules, summa moderatione ac lenitate per paucorum supplicia, quos sibimet ipsos consciisse mortem satis creditum est, transacta re, nequivêre tamen consequi, ut non ægerrimè id plebs ferret,* & Tacit: *cujus terrore, & paucorum supplicio, rediit oppidanis concordia.* & Seneca in Octavia,

Paucorũ supplicia.

Populi furorem, cæde paucorum diu
Qui restiterunt temere, compressum adfero.

Ceterum in supplicijs decernendis, ea ratio securissima est, qua usus est Germanicus in puniendis seditiosis militibus; in quos ipsos supplicij sævitiam atque invidiam transtulit. Rogatus enim à quibusdam, ut noxios puniret, jussit, ut ipsi exequerentur. Quo loco Tacit: *Nec Cæsar arcebat; quando, nullo ipsius jussu, eadem sævitia facti & invidia erat.* Et recte Claudianus,

Invidiam facti in ipsos reos transferre.

Qui fruitur pœna, ferus est, legumq; videtur
Vindictam præstare sibi.

CAP. XIII.

Multa alia plebi concedere, vel indigna: Annonæ curam habere: portorijs liberare plebem: multa alia indulgere,

CAP. XIII.

quæ postea revocari possunt. Comitiorum Germanorum summa, pecunia.

Varia blandimenta in plebem.

OMNIUM plenissima sunt hàc doctrina illa Livij lib. 2. *Multa*, inquit, *blandimenta plebi per id tempus data: annonæ imprimis habita cura; & ad frumentum comparandum missi alij in Volscos, alij Cumas salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum, omni sumtu ademto concessum privatis; portorijs quoque, & tributo plebe liberata.* & paulo post; *Hæc indulgentia patrum, asperis postmodum rebus, in obsidione ac fame adeò concordem civitatem tenuit, ut regium nomen non summi magis quam infimi horrerent; nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit.* Hæc ille. Est hoc ingens simulacrum in plebem, *cui*, ut Tacit. 4. Histor. scribit, *una ex Republ. annonæ cura*, & Satyricus;

Plebi una annonæ cura.

Duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenses.

Quo nomine nonnunquam plebi indulgenda sunt vel iniquissima, quod ait Livius, *per æqua & iniqua retinendam esse concordiam.* Exercitus Romanus, fretus novo & nutante Principe, postulabat, ut singulos denarios mererent; sextusdecimus stipendij annus finem adferret; ne ultra sub vexillis tenerentur, sed iisdem in castris præmium pecunia solveretur: quo tempore satius fuit ultrò concedere, quam si necessitate expressa fuissent, Livius lib. 2. *Neque patribus satis decorum, per metum potius, quam postmodum voluntate, afflictis civium suorum fortunis consuluisse.* & lib. 4. *Opportunè senatus, priusquam ab Tribunis plebis agrariæ seditiones, mentione illata de agro Lavicano dividendo, fierent, censuit frequens coloniam*

Præstat ultro facere, quam necessitate cogi.

Lavicos deducendam. Sed dices; indignum id fuisse de stipendij petitione, adeoque Rempublicam tantis oneribus imparem fuisse. At enim, nonne sedato populo retractari possunt? Sic enim Tacit. *mutata*, inquit, *quæ per seditionem expressa erant*, & alibi: *proximæ seditionis male consulta abolita in posterum*. & Livius lib. 2. *multi venisse tempus putabant recuperandi Jura, quæ extorta seditione ac vi patribus essent*. Et absque hoc esset, nonne præstat particulam Reipubl. tradere plebi, quam totam Rempubl. in extremum periculum vocare. Varro pulcrè: *Digitum præscidi oportet, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura.* Qua ratione Carolus Quintus multas immunitates ordinibus Imperij concessisse dicitur, ut adversus Turcam communem Germaniæ hostem pecuniam colligeret; quæ plerumque omnium Germanorum Comitiorum summa est, ut argutè dixit Jovius. Quare, sicut peritus eques non semper & uno tenore frenum stringit, aut calcaria subdit; sed sæpenumero laxat, & veluti adulando palpandoque quoquo versum ducit etiam ferocissimum equum atque inhabilem Sic viri prudentes in Republ. plebem succussantem & ferocientem moderatè regunt, freno injecto, sed laxo; ne, si violento tractu reducant, seipsos Imperio excutiant. Apposite Alexander apud Curt: lib. 6. *In novo & precario Imperio, adhuc jugum ejus rigida cervice subeuntibus Barbaris, tempore opus est; dum mitioribus ingenijs imbuuntur, & efferatos mollior consuetudo permulcet.*

Perperam indulta revocari possunt, ad eamque rem tempora captanda.

Pecunia, Germanorum comitiorum summa est.

Plebs leniter tractanda est.

CAP. XIV.

Aliquot alia simulacra. Provinciam solito more intrare, ferias pro more dare, laudes

CAP. XIV. des ſuas audire. Summiſſi faſces: adulari, ſalutare, invitare plebem.

SIMULACRUM etiam libertatis eſt, quod Ulpianus in l. 1. D. De offic. Procos. monet proconſulem, ne per aliam partem provinciam ingrediatur, quam per quam ingredi moris eſt. *Nam*, inquit, *magnificiunt provinciales ſervari ſibi conſuetudinem iſtam, & hujuſcemodi prærogativas*: & l. 7. D. eod. *Pati debet proconſul commendari ſibi civitatem, laudesque ſuas non gravatè audire, cum honori ſuo provinciales id vendicent; & ferias ſecundum mores & conſuetudinem, quæ retro obtinuit, dare.* Sic apud Livium lib. 2. ſummiſſi faſces plebem à ſeditione revocant: *Valerius*, inquit, *affectati regni ſuſpectus, vocato in conſilium populo ſubmiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Gratum id multitudini ſpectaculum fuit; ſubmiſſa ſibi eſſe Imperij inſignia, confeſſionemque factam populi quam conſulis majeſtatem vimque majorem.* Ecce, hæc externa & moderata ſpecies quantum potuit ad dementandam plebem! In eandem ſententiam Livius lib. 3. *ibi plurimum profectum, quod modo quodam temperavère impetus ſuos* ibid. *conſilium & modum adhibendo, ubi res poſceret, priores erant.* Quo pertinent illa V. Paterculi lib. 2. *M. Livius Druſus in ijs ipſis, quæ pro ſenatu moliebatur, Senatum habuit adverſarium, non intelligentem, ſi qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti ineſcandæ inliciendæque multitudinis cauſa fieri, ut minoribus perceptis, majora promitteret*: idque ait Cic. 3. de nat. Deo. *Multi cum obeſſe vellent, profuerunt; & cum prodeſſe, obfuerunt.* Porro nihil magis plebem induit, quam ſpetioſa adulatio: veluti Patres Romani, cum animadverterent tribunorum poteſtate impediri delectum

Inanes prærogativas plebi concedere.

Ferias pro conſuetudine dare.

Faſces & inſignia ſummittere.

Vis conſili expers mole ruit ſua.

Minora indulgenda, ut majora captes.

Spetioſæ adulationes.

altro tribunis adulati sunt, Livius lib. 2. *Patres universi comiter ac benignè tribunos appellare, & consulares, ut cuique eorum privatim aliquid juris adversus singulos erat, partim gratia, partim autoritate obtinuêre, ut tribuniciæ potestatis vires salubres vellent Reipub. esse.* Eadem arte senatores Romani totum annum eluserunt legem Terentillam, Livius lib. 3. *Medijs diebus, quibus Tribuni de lege non agerent, nihil ijsdem illis placidius aut quietius erat, benignè salutare, alloqui plebis homines, domum invitare, adesse in foro, tribunos ipsos cetera pati, sine interpellatione concilia habere, nulli neque privatim truces esse, nisi cum de lege agi ceptum esset.* & paulo post: *his per totum annum artibus lex elusa est.* De quo Sallust. in Jugur. *Quibus maxima industria videtur, salutare plebem, & convivijs gratiam quærere.* Ejusdem ferè generis sunt; ut plebejus patricio sit vicinus, ut eodem itinere eat, ut idem convivium ineat: de quibus tamen cavillatur Canulejus ille Trib. pl. apud Liv. lib. 4. Hæc, & id genus majora, ubi obtinent, ibi res ipsa abest; id quod ait Livius lib. 3. *dilata in speciem actione, reipsa sublata.* Sed omnia ponere est *περιεργεία* quædam, & ut ait Ulpian. *otiosum est.* Mihi libet digitum tantum ad fontem intendere.

CAP. XV.

Benignè salutare, alloqui plebem.

Invitare plebem.

Vbi hæc simulacra dominantur, ibi res ipsa abest.

CAP. XV.

Horum Simulacrorum vis ac dignitas in Republ. Alia quædam simulacra Aristotelica, Democratica, & Aristocratica. Plebejos consiliarios facere: promulgare aliorum

decreta: reos absolvere: nonnullas leges ferre: non cives cives appellare. Ἀνιστοργησία JCtorum.

Hæc simulacra rationem gubernandi variant, ipsam vero Rempubl non constituunt.

Horum Simulacrorum magna est species: ceterum non adeò magna, ut Reipubl. statum vel constituant, vel immutent. Non enim ex simulacris Respub. definienda; sed penes quos sunt summa illa Imperij capita, secundum illos de forma Reipubl. statuendum est. Rationem tamen gubernandi nonnihil variant; ut hæc respub. propter varia simulacra, magis videatur popularis, quam illa, & illa magis regia, quam hæc. Ratio enim gubernandi nonnunquam in hisce simulacris consistit; at forma Reipub. in ipsa vi Imperij. Ceterum ab Aristotele magna quædam simulacra traduntur: ut in populari statu consultores ex divitibus constituere, ijsdem quantum pote parcere: communicare etiam divitibus vel patricijs ex omnibus rebus vel paria, vel potiora, excepto summo Imperio: quod semper penes populum, vel penes pauperes remanere oportet. In aristocratico statu hæc simulacra sunt: plebeijs sive pauperibus ejuscemodi magistratus commendare, ex quibus rem facere possint: quosdam è plebe ad deliberationem vocare; creare, tam ex plebeijs quam patricijs, qui de ijs rebus disceptent, de quibus postea pauci patricij pro suo arbitrio statuant; item committere populo potestatem sciscendi ea, quæ antea ab optimatibus decreta sunt: quale fere est illud apud Livium lib. I. *Decreverunt patres; ut cum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierent: hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus, vi ademtum; priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum patres autores fiunt.* item

Simulacra aristocratica.

Consultores ex patricijs constituere.

Simulacra democratica.

Vt plebs de ijs rebus disceptet, quæ postea à patricijs constituuntur.

Vt populus ea sciscat, quæ à patrib. decreta sunt.

CAP. XV.

Vt plebs absolvere possit.

Item nonnullis ex populo rellinquere potestatem absolvendi, sed non comdemnandi. At contra in populari statu; ut patricij absolvere possent, condemnare non item: quemadmodum Romæ de capite civis agi non potuit, nisi centuriatis, hoc est, maximis & plenissimis comitijs. Sed & in aristocratia, plebi potestas rellinquenda est ferendi leges de non magnis rebus: Unde Sidonius in Panegyr:

Vt leges ferat de rebus haud magni ponderis.

Tum cetera paret
Turba, libens servit, proprijs quia legibus autor.

Quin etiam cives nominandi sunt ij, qui cives non sunt: in illa imprimis Republica, in qua omnes cives suffragiorum capaces sunt; saltem, ut ait Aristot. ἀπὑτης χάριν τῶν συνοικοῦντων. Audientes enim se appellari cives, hac unica appellatione contenti quiescunt, & res suas agunt. Quæ omnia diligenter à jure Imperij discernenda sunt: adeo nonnunquam ea quæ simulacra tantum sunt, pro jure Imperij habentur; & contra, quæ Imperij sunt, simulacris ascribuntur. Quæ res facit, ut quidam magni nominis interpretes, in explicatione tituli de læsa majestate, ea ad crimen majestatis trahant, in quibus vix Imperij illa arcana tentantur, ne dum ipsum Imperij Jus, ac majestas, quippe quæ simulacra tantum sunt; & contra, quæ juris Imperij sunt, ad simulacra referant. Sed de his ago peculiariter in commentario de publicis judicijs. Hui dices, tam cito publicè nomen tuum in censu magnæ illius Deæ, quæ Jovi assidere dicitur? Ain verò, itane tibi hæc nostra sedentaria, atque umbratica vita pigritiæ dedita videtur? Nonne & ego scio, quædam animalcula prius parere, quam concipere? Sed absque joco. Ego sic existimò; neminem in istos libros terribiles luculenter & eruditè scripturum, nisi unà rerum Romanarum, aliarumque gentium historiam cognoverit; quo adminiculo interpretes plerique, cetera viri exercitatissimi, & minimè ἀπειροκαλοίτων πολιτικῶν πραγμάτων destituti mihi fuisse videntur.

Vt cives nominentur, qui cives non sunt.

Hujus doctrinæ ignorantia.

ἀνιστορησία Iurisconsultorum.

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Arcana quædam militaria. Jura militaria. Jura spoliorum: Flagitia militiæ: arcana militiæ; signa dare, è tribunali alloqui milites, signa militaria, aquilas corripere. Simulacra militaria; milites commilitones appellare, victores gentium. Ab hisce arcanis quomodo differat ars militaris.

Huius doctrinæ non tantum in negotijs pacis, verum etiam bellicis maximus usus est. Et possem sine negotio non solum belli jura, sed etiam arcana & simulacra, sicut & militiæ flagitia ut Tacit. appellat, militaribus exemplis illustrare; nisi pleraque obvia essent: ut sunt jura spoliorum, quod ait Æmilius ille apud Livium, *in spolijs arbitrium esse Imperatorum, non militum*: item prædas agere, agros populari, oppugnare, expugnare, atque solo æquare magnas & vastas civitates, veluti Corbulo ille Dux Romanus Artaxatam urbem in Armenia delevit. quia, inquit Tacitus, *nec teneri sine valido præsidio ob magnitudinem mænium, nec id nobis virium erat, quod firmando præsidio & capessendo bello divideretur.* Quo jure Annibal Saguntum, Scipio Carthaginem, Vespasianus Hierosolymam-

Jura militaria.
Iura spoliorum.
Agros depopulari, vrbes delere.

fiam, Degobertus Putavium everterunt. Sed & flagitium militiæ est, promiscuè in muros & mœnia sævire: quod exprobrat Phaneas ille Philippo regi Macedoniæ, cum in bello non congredi æquo campo, neque collatis signis dimicare, sed refugientem incendere, atque deripere urbes, & vincentium præmia victum corrumpere. At non sic antiquos Macedonum reges, sed acie bellare solitos, urbibus parcere quantum possent, quo opulentius imperium haberent. Atque in servata Capua Romanos laudo: Ita enim Livius, non sævitum incendijs ruinisque in tecta innoxia murosque, & cum emolumento quæsita etiam lenitatis species incolumitate urbis nobilissimæ opulentissimæque, cujus ruinis omnis Campania, omnesque qui Campaniam circa accolunt, ingemuissent: de quibus plura vide in discursibus Politicis Scipionis Ammirati. Sed & arcanum militiæ erat, signum dare exercitui, cespiticium tribunal exstruere, è tribunali publicè alloqui milites, signa militaria, aquilas corripere & aliò transferre, consilia bellica inire: quæ solius erant ducis. Deinde, quid aliud refert quam simulacrum alicujus Imperij atque dignationis illa Alexandri Oratio apud Curt. lib. 3. in qua Macedones appellat, tot bellorum in Europa victores ad subigendam Asiam, item terrarum orbis liberatores, & omnibus gentibus imposituros jugum: & illa Cerialis apud Tacit: *ipsi plerumque legionibus hisce præsidetis, ipsi has aliasque provincias regitis: & illa Germanici: Primane an vicesima legiones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorum socia, tot præmijs aucta &c.* Qua insidiosa simulatione sæpenumero militem tumultuantem in officio continuerunt. Eædem insidiæ fuerunt Catilinæ: *vel me duce, vel milite utemini:* & Cæsaris, quoties milites pro concione commilitiones suos appellavit. Et Eumenes ille apud Justin. singulos suppliciter alloqui; nunc commilitones suos, nunc suos patronos appellans, & ut non tam ducem se, quam commilitonem recipiant, unumque ex corpore suo

CAP. XVI.
Flagitia militiæ.
Arcana militiæ.
Simulacra in militem.

CAP. XVI.

Cæcinæ & Cerialis μεγαλοψυχία.

esse velint. Qua etiam arte Cæcina fugientes milites stitit, dum se in limine portæ projecit, & miseratione demum, quia per corpus legati eundum erat, viam clausit. Et Cerialis fugientes manu retrahens, intecto corpore promtus inter tela, felici temeritate & fortissimi cujusque accursu, recuperatum pontem lecta manu firmavit, & de Alexandeo Curtius lib. 4. Haud quaquam rudis tractandi militares animos, quos animadverterat de occupatione Tyri milites desperasse, pronunciat dextram porri gens, *illo duce, illo aperiente, in urbem intrare se visum.* Hisce artibus citius capitur miles, quam severa aliqua increpatione. Eadem simulatione, Datames Dux Persarum, cnm partem equitum suorum transfugere comperisset, ceteros omnes venire secum jussit, assecutusque transfugas, collaudavit, quod eum alacriter præcessissent, hortatusque est eos ut fortiter hostem adorirentur; ubi Frontinus. *Pudor*, inquit, *transfugis attulit pœnitentiam, & consilium suum, quia non putabant deprahensum, mutaverunt.* Sic Labienus, ut idem refert Front. lib. 2. post Pharsalicam pugnam, cum victis partibus Dyrrachium refugisset, miscuit vera falsis, & non celato exitu pugnæ, æquatam partium fortunam gravi vulnere Cæsaris finxit, & hac assimulatione reliquis Pompejanarum partium fiduciam fecit. Et sunt hæc occulta & simulatoria consilia in officio retinendi militem: A quibus discernere oportet ipsas militares artes quales sunt; in tempore pugnam innire, firmare subsidijs aciem, ubi res fert, equitem ad pedites deducere, restituere pugnam, subvenire exclusis ab aciè, & id genus alia, de quibus omnibus C. Sempronium accusavit C. Julius Tribunus pl, ut est apud Livium lib. 4. Longe alia disciplina à nostra, alia militia à nostra, in qua ne quidem errores puniuntur, in quos olim tyronibus, vel gregario militi incidere, pudendum fuit & pœna dignum.

Intellectum dissimulare erga milites.

Ab hisce arcanis militaribus differunt artes bellicæ.

CAP. XVII.

CAP. XVII.

Arcana quædam communis vitæ. blanditiæ; oblata casu flectere ad consilium aliud agendo: videri non intelligere. σώφρων ἀπάτη. Inimicitiæ clandestinæ maximè noxiæ & implacabiles.

SED quid ego *aliena negotia curo*
Excussus proprijs? ut cum Poeta loquar.

SUNT enim in civili vita sua simulacra, sua arcana consilia, quibus emergunt multi, seque contra inimicorum injurias muniunt: sunt denique sua jura, quæ nonnunquam regiæ virtuti contraria sunt; qualeest illud Ciceronis in honorum petitione. *Sed, opus est,* inquit, *magnopere blanditia; quæ etsi vitiosa est & turpis in cetera vita, tamen in petitione est necessaria. Etenim cum deteriorem aliquem assentando facit, improba est, cum amiciorem, non tam vituperanda:* unde Donatus in Terent: ambitionem appellat *magnarum rerum desiderium atq; appetitum:* in quo obtinendo nonnihil deflectere quid prohibet. Sunt denique etiam vitæ communis sua flagitia, cum alter supplantat alterum, vel per invidiam, vel in subsidium sui; quales sunt, qui aliorum vitia excusando exprobant, & per alterius latus alienique nominis jactura, sibi laudem exædificant: at dum nimium properant, deficiunt. Brutidium quendam, ut refert acer scriptor, artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio exstimulabat; dum æquales, deîn supe-

Iura communis vitæ.

Blanditiæ.

Ambitio.

Communis vitæ flagitia.

CAP. XVII. superiores, postremo suas ipse opes anteire parat; quod multos etiam bonos pessumdedit, qui spretis, quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. Contra quos miris modis te munias oportet, ne decipiaris.

Arcana vitæ civilis. Atque est hoc mihi arcanum vitæ civilis; ut quæcunq; tibi eveniunt, ad usum transferas, sive, ut Livius ait, *oblata casu, flectas ad consilium*; & quidem aliud agendo.

Oblata casu, ad usum transferre, aliud agendo.

Quod si indies meliorem occasionem præstolabere, frustra eris, & jam hærebis. Metuebant aliquando Galli bellum Anglorum, & futurum animadvertebant: Britones hanc occasionem nacti, ut de pace facienda, quam unicè optabant, regi Galliæ persuaderent, multis modis bellum Anglicum exaggerant; pericula, difficultates speciosè describunt, nulla facta mentione pacis: qua simulatione regem facile in suam sententiam traxerunt. Imitare tu in vita etiam communi, & imprimis contra eos, qui nullam ex virtutibus suis magis amant, quam simulationem, ut de Tiberio tritum fuit. Verissime enim M. Tullius: *Multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura: frons, oculi, vultus, sæpe mentiuntur, oratio verò sæpissimè.*

Videri non intelligere. A quibus ut caveas tibi; opera danda est, ut videaris non intelligere, quod intelligis, & ut Cic. ad Att. scribit: *ut minus dicas, quam sentis.*

Minus dicere quam sentire.

Tiberius in occupando Imperio, ad introspiciendas senatorum mentes, dubitationem introduxit; Senatus, uti hanc fraudem vicissim illuderet, & cum vulpe, quod dicitur, vulpinaretur, simulabat se non intelligere. *At patres*, inquit Tacitus, *quibus unus metus, si intelligere viderentur, in questus, lacrymas vota effundi.* & de Agrippina. *solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur.* Quod exprimit Seneca: *Quidam fallere docuerunt, dum timent falli.* & Seneca Tragicus in Octav:

Pericula dissimulare.

Dolorem premere.

Vicit sapiens tamen obsequium
Conjugis altæ, pressusq; dolor.

Quare

Quare quod M. Tullio aureum eſt, mihi oraculi inſtar eſt, μέμνησ' ἀπιστεῖν. *Nam in hoc uno*, inquit Plinius lib. 2. Epiſt, *vir alioqui prudentiſſimus, honeſto quidem, ſed tamen errore verſatur, quod plures amicos, quam ſunt, arbitratur.* Ὦ φίλοι οὐδεὶς φίλος: Quid enim aliud eſt hæc vita hominum, quam deceptio & ſimulatio? Nemo ex animo loquitur; nemo palam mentitur; ſed vera falſis miſcet, exornat, adeoque facilius imperitis imponit. Quotus quisque jam ex profeſſo inimicitias alit; atque hoc qui facit, quàm cito fictis & occultis criminationibus obruitur! Id acriter Tacitus 4. Hiſtor: *manente*, inquit, *in ſpeciem amicitia:* & 1. Annal. *Tiberius in Haterium ſtatim invectus eſt, Scaurum, cui implacabilius iraſcebatur, ſilentio transmiſit*, & 3. Hiſtor: *inde graves ſimultates, quas Antonius ſimplicius, Mutianus callide, eoque implacabilius nutriebat.* Contra eos qui aperte oderunt facile te munias, ſed & illi facile deſiſtunt. At vero, qui clanculum rem agunt, non prius te mittent, quam nihil tale cogitantem præcipitaverint: quibus hominibus (ſi homines, ac non potius venena dici merentur) nihil peſtilentius toto terrarum orbe judicandum eſt.

CAP. XVIII.

Σώφρων ἀπιστία.

Speτioſa amicitia.

Odia clandeſtina magis nocent quam aperta.

CAP. XVIII.

Arcanorum difficultas, & circa has artes pericula, ſi deprehendantur. Quomodo hæc arcana adumbranda, ut colorem habeant: & reſpondetur ad duo objecta.

CAP. VIII.

ATQUE hæc ſunt pleraque, quæ ſub arcanorum nomine à ſcriptoribus comprehenduntur Nam ut omnia poſſim, ὀρχαδίαν μ' αἰτεῖς; & ait ille,

Ακίνδυνον γὰρ ἐστι τῆς σιγῆς γέρας,
Securum enim eſt ſilentij alti præmium.

Hiſce arcanis non nimium confidendum eſt.

Hiſce etiam reſpublicæ mixtæ, ut pleræque ſunt, accommodari poſſunt. Fieri enim poteſt ut in uno Imperio, in una republ. hujuſcemodi arcana repperiantur, & regia, & Ariſtocratica, & Democratica. Ac tamen magna eſt difficultas circa hanc rem probè conficiendam: quod ait Ariſtot. 5. Polit. c. 8. μὴ πιστεύειν τοῖς σοφίσματος χάριν πρὸς τὸ πλῆθος συγκειμένοις ἐξελέγχεται γὰρ ὑπὸ τῶν ἔργων. *non eſſe, confidendum his, quæ finguntur & adumbrantur ad populum; ſuis enim operibus vana ſunt.* loquitur enim de his ipſis arcanis. & lib. 4. cap. 12. ἀνάγκη γὰρ χρόνῳ ποτὲ ἐκ τῶν ψευδῶν ἀγαθῶν, ἀληθὲς συμβῆναι κακόν. *Neceſſe eſt, procedente tempore, ex falſis bonis verum malum evenire:* idque Guntherus laudat in principe ſuo, lib. 2.

Sed inania princeps
Et quaſi vana ratus, ſtultæ aſſentamina plebis
Spernit, & has alias properans adjungere clades.

Periculoſiſſima ſunt hæc arcana, ſi deteguntur.

Et Livius lib. 2. Poſtquam Volero Trib. plebis rogationem tuliſſet ad populum, ut plebeij magiſtratus tributis commitijs fierent, ſed nullo verbo violatis conſulibus: *Haud parva*, inquit, *res ſub titulo primâ ſpecie minimè atroci ferebatur, ſed quæ patricijs omnem poteſtatem per clientum ſuffragia creandi quos vellent tribunos, auferret.* Nimirum fictiones & ſimulationes hujuſcemodi magnum uſum habent in Repub. ſed nonnunquam deteguntur; &, ut canit elegantiſſimus Arbiter,

Grex agit in ſcena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet:

Mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies, dissimulata perit.

Ideo de hac ipsa re Dictator quidam Rom. apud Liv: *Quod ad me attinet, neque frustrabor ultra cives meos, neque ipse frustra dictator ero.* Quod si enim illi, quibus insidiæ tales struuntur rem præsenserint, uno impetu Remp. evertent. Appius ille Decemvir volebat sibi Decemviratum prorogari; quod ne fieret, artem excogitant reliqui, eique comitiorum habendorum munus injungunt: ubi Livius lib. 3. *Ars hæc erat, ne semetipsum creare posset.* At ille artem animadvertit, seque ipsum creat, dejectis in optimatum causa constantissimis: Quocirca vir prudens in Rep. hæc quantum potest varijs formis adumbrat,

Hæc arcana quibus coloribus imbuenda sint.

Atq; ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

Quem secutus Ligurinus lib. 3. quamvis in re improba:

Pulcram fallendi noverat artem,
Veris falsa probans; quia tantum falsa loquendo
Fallere nemo potest, veri sub imagine falsum
Influit, & furtim deceptas occupat aures.

Illud à me hoc loco prætereundum non est, quod multi existimant, horum nonnulla parvi esse momenti: Atqui inquit Arist: lib. 5. Polit. c. 8. περιλογίζεται γὰρ ἡ διάνοια ὑπ' αὐτῶν, ὥσπερ ὁ σοφιστικὸς λόγος· εἰ ἕκαστον μικρὸν, καὶ πάντα· τοῦτο δ' ἔστι μὲν ὥς, ἔστι δ' ὡς οὔ· τὸ γὰρ ὅλον καὶ τὰ πάντα, οὐ μικρὸν, ἀλλὰ σύγκειται ἐκ μικρῶν. *Decipitur mens ab illis, ut sophistica illa ratio: si unum quodque pusillum, & omnia: hoc autem est ut sit, & est ut non: totum enim, & omnia, non parvum; sed composita ex parvis.* Adeoque cautô opus est, ne nimis remissus sis in hujuscemodi simulacris indulgendis. Nam ubi parvas res assecuti sunt, majores affectant semper quousquam in infinitum procedant, ut tradit Philos: 1. Polit. c. 5. & Livius lib. 3. *concedendo omnia, non mitiorem in se plebem, sed*

Cauto tamen opus est, ne nimis multa concedas.

 asperiorem alia ex alijs iniquiora postulando, cum prima impetrasset, futuram. Ceterum quædam à me passim ingeruntur, quæ proprie ad arcana illa sophismata non pertinent, idque carpent alij: quibus iterum respondeo, me dupliciter sumere Rerumpub. arcana. Alia arcana simulatoria sunt & σοφιστικὰ; alia non sunt, & tamen ad eundem scopum collineant, tum ad salutem eorum qui principatum obtinent, tum etiam ad præsentem naturam, statum, atque formam Reipubl. conservandam. Quo magis confido, in eo mihi veniam datum iri, quod arcana aristocratica nonnunquam exemplis regijs illustro, & contrà. Ea quippe est affinitas harum rerum, ut aliæ ab alijs lucem invicem accipiant: quin etiam interdum sub acumen styli subeunt atque inrepunt scribenti, vel invito, & non vocata.

CAP. XIX.

Quædam recondita de Imperio Germanico: mutuus ordinum metus: membrorum æqualitas & συμφωνία. Caput Imperij. Prærogativa regis Boemiæ. Supremum Imperij judicium.

LIBET ἐπιμετρεῖν, & quædam annectere τυπωδῶς περὶ τῆς παρούσης καταστάσεως. Una quæque enim Respub. habet occulta sui conservandi consilia. veluti in Imperio Germanico occultæ artes, quas scire fas est: (quædam enim sunt quas, quemadmodum Ammianus de litteris

teris ad Constantium missis monet, scrutari non licet, nec si liceret proferre decet in publicum) quas igitur in vulgus dare licet, fere sunt, mutuus ille Principum metus, atque respectus; Imperatoris in reliquos ordines speciosa vis ac majestas; illa libertas Relligionis; illa pacis publicæ constitutio, & violatæ pœna. Deinde quatuor sunt imperij membra sive summa præter Imperatorem culmina: Hi se omnes invicem respiciunt, & jam à multis annis coaluerunt. Quorum si alterum membrum nimis intumescat, vel potentia vel re militari, dubium mihi non est, quin detrimentum capiat Respubl. Id olim summus Philosophus & politicus comprobavit arte symphoniaca, in qua magister chori non patietur, ut unus è choro nimis vocem intendat, nimisque elatam atque acrem emittat, & reliquos obtundat: sed ut æquabilis sit melodia, quod Aristot eleganter vocat συμφωνεῖν. Quare imprimis opera danda est, ne hæc membra invicem à se alienentur, neve alterutrum nimis opprimatur; veluti Grachus ille depresso senatorio ordine, & nimis exaggeratis relliquis, primùm Rempub. Romanam perculit. Coaluit enim hæc compages, veluti de Romana Rep. Tacitus, aliquot annorum fortuna, & disciplina, quæ convelli sine convellentium exitio non potest. Cicero apposite in Ep. ad Q. Frat. *Quibus publicanis si adversamur, ordinem de nobis optimè meritum, & per nos cum Republ. conjunctum, & à nobis, & à Repub disjungemus; quorum non modo saluti, sed etiam commodis servire debemus.* Quare per magni interest, imperij hujus unum caput esse; quo amputato, quod Dîj prohibeant, quid aliud quam bella omnium inter se membrorum existent? ut quondam dixit Romanus Dux. Quo etiam consilio cautum est, ne quis externus ad Imperium evehatur. Hic enim potentia externa fretus, & consortij impatiens, facile libertatem Germaniæ pessumdabit. Unde etiam prudenter constitutum est, ut in eligendo Imperatore, & discordantibus suffragijs, Rex Bohemiæ prærogativam

CAP. XIX.

Imperatoris speciosa vis atque Majestas.

Imperij membra.

Ordinũ in Imperio Συμφωνία.

Caput Imperij.

Electio Imperatoris.

Dignitas regis Boemiæ.

obtineat; ut si ex æquo dissideant, ipse ad maturandam electionem superante suffragio, in quam voluerit partem accedat. Illud autem supremum Judicium, hujus Imperij unicum coagulum est atque vinculum; adeoque hæc membra continet, ut laxari nequeant: quibus solutis, nulla spes salutis restat. Livius id ait lib. 2. *Profectò si essent in Repub. magistratus nullum futurum fuisse Romæ, nisi publicum, consilium: nunc in mille curias concionesq;, cum alia in Esquilijs, alia in Aventino fiant consilia, dispersam ac dissipatam esse Rempublicam.* Sed manum de tabula: Nam de interioribus illis Imperij tum arcanis, tum simulacris, quæ vel Imperator, vel Principes, vel præcipuæ quædam civitates, mutuo metu usurpant; χαλεποὶ λόγοι: & insusurrat mihi magnum illud rei litterariæ decus I. Lipsius Epist. quæst. lib. 5. Ep. 11. Quis ille tam confidens, aut tantis cervicibus, qui audeat Historiam usque quaque veram scribere? Quis regum illa κρύφια, & ut Tacitus noster appellat, arcana imperij prodi vult? Denique ubi illa Juvenalis *Simplicitas, cujus non audeo dicere nomen!*

Camera Imperij.

CAP. XX.

Quædam de Imperio Turcico, alijsque Rebuspubl. Constantinopolis sedes Imperij. Preces publicæ. Alcoranum. Respub. Veneta. De rebus decretis ad populum referre.

TURCÆ

TURCÆ etiam habent occulta sua consilia imperij ac dominationis, ut sunt, violenta gubernatio; magno metu maximisque superstitionibus induere plebem, consilia agitare non tam pacis, quam belli; nunquam à bello cessare; non facilè deserere Constantinopolim; filios atque Imperij heredes ita arctè in custodia tenere, ne erumpant, & res novas moliantur; magna simulacra Bassis & Visieris indulgere, etiam affinitatibus ornare; plebem vel mercatura, vel rebus bellicis occupatam tenere. Illud autem pro magno Imperij arcano capio, quod nemini, ex devictis gentibus, licet preces pro salute Principis in templis concipere: id quod Pontificum erat & sacerdotum olim sub Romanis Imperatoribus Tacit. 4. Annal. *Pontifices, eorumque exemplo ceteri sacerdotes, cum pro incolumitate Principis vota susciperent, &c.* privatim vero omnibus licuit. Martialis ad Jovem,

CAP. XX. Turcici Imperij fundamenta.

Simulacrum Turcicum.

Arcanum Turcicum.

Vnum votum salus Principis.

Nil pro me mihi Juppiter petenti
Ne succensueris velut superbo,
Te pro Cæsare debeo rogare,
Pro me debeo Cæsarem rogare.

& Plin. in Paneg. *Unum omnium votum est salus Principis.* Ceterum totæ & singulæ fere leges leges Alcorani nihil continent, quam arcana consilia dominationis conservandæ augendæve. Quo majori prudentia atque industria opus erat, adversus tam potens, tamque munitum Imperium: Ac tamen ille nostris dissensionibus ac discordijs clarus, ut olim Galgacus ille Britannorum dux dicebat, vitia nostra in gloriam exercitus sui vertit. Quin transigitis ergo cum expeditionibus Principes Germani? Imponite tot annis magnum illum diem, approbate Reipubl. nunquam exercitui imputari potuisse, aut moras belli, aut causas debellandi. Sic enim Agricola ille olim ad milites Romanos. Porro in Repub. Venetorum, omnia simulacra & externa Imperij species est penes Ducem; ipsa vis

Alcoranum.

Respub. Veneta.

CAP. XXI. vis Imperij, penes Senatum. Non facile ad arma veniunt Veneti, neutralitati student, partibus tamen auxilia mittunt; plebi humiliora munera permittunt; ut Cancellarij; Scribarum &ç. In Republica, quæ ocellus est Germaniæ, cura census, familiarum præcipuarum dignitas; dignitatum gradus, distinctio, frequentia Senatorum, in curia, velut è specula totius urbis: ut ij, qui ipsum imperium ac vim potestatis habent, externis illis simulacris abstineant, parce & frugaliter privatim vivendo, tum in victu & vestitu, tum etiam in habitationibus: ut Senatores erga plebem humani sint & civiles, erga improbos severi; ut plebeij vel officijs, vel insigni mercaturâ occupati sint, & ut ad minores magistratus admittantur: ut Optimatum filij arte equestri, bellica, litteraria, varijs peregrinationibus præstent vulgo. Illud verò in nostris Rebuspubl. vulgare est, & insigne imperij simulacrum: de rebus decretis ad populum postea referre. Sed rursum mihi aurem vellit Helenus ille apud Poetam:

De rebus decretis ad populũ referre.

Prohibent nam cetera Parcæ
Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Juno

CAP. XXI.

Usus & dignitas Arcanorum. Arcanorum artifices. Cautelæ JCtorum quid valeant in arduis negotijs. Ratio interpretandi Jus publicum. Distinctio officiorum in Republica.

Usus

CAP. XXI.

Hæc arcana conservant Respublicas.

Usus & dignitas maxima præclarissimaque hujus doctrinæ; quippe qua omnes respublicæ conservantur, quæ aliâs vel funditus perirent, vel in aliam formam mutarent. Nisi enim hisce arcanis Consules Romani, ejectis regibus, adeoque mutata rursum Republ. Imperatores Romani instructi fuissent, tam valida tamque diuturna imperandi fundamenta minimè jecissent. At verò pauci hæc intelligunt. Ideo Sallustius verè: *Mihi*, inquit, *multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi militiæque præclara facinora fecit; & agitanti, quæ res maximè tanta negotia sustinuissent, constitit tandem, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse.* Sed nec omnes adhanc rem apti sunt, verum ij demum, qui sunt πραχτόποι, versatiles, exercitatoque vultu atque ingenio, quive videri nolunt, quod sunt; non circa omnia nimis cauti & abscissi, sed qui ea, quæ speciosa sunt, permittunt, ut majora eliciant. Magni ingenij res est, in publicis negotijs ex re & tempore consilium capere. Nerone audiente legatos Armeniorum perorantes, mater ejus Agrippina ascendere suggestum Imperatoris, & simul imperare parabat, obstupescente Senatu: ibi Seneca Neroni in aurem suggerit, ut venienti in consilium publicum matri, in speciem pietatis, occurreret. Ita obviam itum est, tum ambitioni fœminæ, tum dedecori publico; sed & reverentia Neronis erga matrem, & Principis majestas illæsa mansit. Equidem ridiculi sæpenumero sunt illi νυκτοπατοπλάγιοι, qui totam ætatem in scientijs tractandis habuerunt, vel leges tantum & jura civilia didicerunt, quæ in magnis & præruptis negotijs parum ponderis habent. Cujus rei exemplum in Florentina Republ. Joannes ille Victorius dedit, homo ceteroquin in legum studijs apprimè versatus. Is in tractatione de Mediceis Florentiam reducendis, pro Florentinis adesse, multa de doctrina fœderum, eorumque violatione; de

Vnius magni viri virtus in Republ.

Arcanorum quinam sint artifices.

Callida civilitas Senecæ.

Κακοπολιτεία Ioan. Victorij ICti.

CAP. XXI. neutralitate copiosè dicere, leges accumulare, agere omnia, cavere omnia. Ubi Historicus pulcrè: Sed cum hæc, inquit, una maximè pecunia facile possent expiari, Victorius scientia juris & æqui potius, quam his artibus instructus, quæ ad tractandas res gravissimas necessariæ existimantur, totam spem rei componendæ fœdè corrupit; quum dubitanti avaroque animo, tenacius quam oporteret, pecunijs parcendum arbitraretur, nec externis & militaribus eorum ingenijs, propter lubricam eorum fidem, uti Cautus Jurisconsultus, vel data pecunia confideret: itaque dimisso conventu Florentini hostes judicantur; Jovius lib. 2. in vita Leon X I. Omnia contra consuetudinem Florentinorum, apud quos in proverbium ivit; Florentinos pecuniæ jactura patriam liberare. Pace hoc, non tam aliorum, quam mea etiam dixerim. Neque enim eos intelligo, qui præter Jurisprudentiam addidicerunt civilem scientiam, Historias, studium dicendi, adeoque jus publicum, aliasque id genus senatorias artes; sed qui totum salutis suæ tabernaculum ponunt in negotijs privatis, ex quorum ratione, publica negocia & quæ ancipitia sunt, metiri consilium non est. Ideo Mauritius Dux Saxoniæ, Carolo Quinto Imperatori, subtiles quasdam interpretationes adversus Philippi Landgravij Hassiæ liberationem nectenti, exprobavit: *At ego*, inquit *te*, *tanquam Imperatorem, non tanquam Jurisconsultum & Legistam, volo pactiones & fœdera interpretari*: idque olim Cicero monuerat in prudentissima Epistola ad Quintum Fratrem. *Possunt*, inquit, *in pactionibus faciendis, non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotij, & liberationem molestiæ.* Unde officia distincta esse oportebat eorum, qui in foro dominantur, ab ijs qui res negociaque tractant publica. Quod idem Cicero pro Cornel. Balbo ait. Etenim Scævola ille Augur, cum de jure prædiatorio consuleretur homo ju-

Cautelæ ICtorū in publicis negotijs.

Ratio interpretandi fœdera.

Distinctio δικαςȣ̃ à Politico.

ris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Cascellium prædiatores reijciebat, quod assiduus usus uni rei deditus, & ingenium & artem sæpe vincat, quis dubitet de fœderibus hoc est de toto jure pacis & belli omnibus juris peritissimis Imperatores nostros anteferre. Ac quidem hisce, & id genus rationibus, multo plus citiusque impetrarunt principes Romani, quàm si momento, unicoque impetu, imperium populo abscidissent: quod eleganter & vere Tacitus. *Speciosa verbis, re inania aut subdola: quantoque majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium.*

CAP. XXI.

Impp βραδύτης in occupando Imperio.

FINIS
LIBRI SEXTI.

Plinius lib. 1. Epistol.

VARIA sunt hominum judicia, variæ voluntates. Inde qui eandem causam simul audiverunt, sæpe diversis sententijs, interdum idem, sed ex diversis animi motibus sentiunt. Prçterea suæ quisque inventioni favet, & quasi fortissimum complectitur, quod ab alio dictum est, quod ipse prævidit.

INDEX RERUM ET VERBORUM, QUÆ JUXTA CAETERA NOTATU DIGNA VISA SUNT IN HOC OPERE.

A.

Absolvendi potestatem nonnullis ex plebe rellinquere, 275.
Abstinentia maxima virtus, 122.
Ἀκαιρεία, 222.
Ἀκαιρεία Musonij, 2.
Ἀκκισμὸς ejusq; usus, 79.
Accusationes liberæ, 73.
Accusare & calumniari differunt, 74.
Acta, 109.
Actuarij, 108.
Acta Senatus, 108.
Acta populi seu diurna, 108.
Acta publica ne evulgentur, 108.
Acta publica qualia sint, 108.
Acta publica ubi adservari solita, 108.
Adminicula Augusti, 91.
Adulatio speciosa, 272.
Adulteria committere regni causa, 205.
Ædes diruere, 75.
Ædificia munita, 138. & 148.
Ædes sacras hostiũ spoliare, 207.
Ædificia suburbana num incendere liceat, 185.
Ædificare splendidè, 114.
Ægyptij feroces & seditiosi, 103.
Æmulos imperij adjungere, 176.
Ærarium militare Augusti, 224.
Affinitas insidiosa, 138.
Agere præcisè, 131.
Agrippina maritum petens repulsam passa est, 107.
Agrippinam popularib. studijs inhiasse dominationi, 82.
Agros depopulari, 276.
Alexandriam intrare senatoribus non licuit, 103.
Alcoranum, 287.
Alios eodem crimine pollutos eximere, 234.
Alios inter se committere, eosq; tandem mutuis bellis exsuctos devorare: ejusq; rei exempla. 221.
Altercantib. Senatorib. silere, 258.
Altercationes senatui præbere, 258.
Altesse, 100.
Ambitio per se vitium, maximarum autem virtutum mater, 208. & 279.
Amicitia speciosa, 281.
Animadversio publica, 177.
Ἀπαιδευσία J. Cæsaris, 128.

Ἀπεικόνισμα, 244.
Ἀπειρόκαλος, 245.
Animus magn⁹ in reb. adversis, 149.
Annonæ claustra, 104.
Annonæ curam habere, 270.
Annonam sufficere plebi, 74.
Annua militum Romanorum stipendia, 224.
Annulus aureus signũ Imperij, 115.
Ανιςορησία *I Ctorum,* 274. & 275.
Antistites Turcici, 248.
Ἀπιστία *Commij & Columnæ,* 217.
Aquilas corripere, 277.
Arcanorũ artifices q & quales, 289.
Arcana Aristocratica contra regnum, 68.
Arcana consilia, 6.
Arcana democratica contra optimates, 72.
Arcana democratica contra regnũm, 74. & 75.
Arcana dominationis democratica, 146.
Arcana dominationis Aristocratica, 137. 139. 143.
Arcana dominationis differunt ab arcanis Imperij. 97.
Arcana dominationis, 8. & 16.
domus, 8. 202.
Arcana dominationis quotuplicia, 99.
Arcana Cereris, 6.
Arcana dom⁹ non esse vulgãda, 203.
Arcani derivationes, 6.
Arcana dominationis regiæ, 103.
Arcana dominationis differunt à jure Imperij, 99.
Arcana domus & dominationis flagitia differunt, 202.
Arcanorum dominationis & Imperij affinitas, 98.
Arcanum fœdus, 6.
Arcanum imperij est, ne prorogentur imperia in Principatu recenter occupato, 85.
Archivum, 6.
Arcana Imperij, 8.
Arcana imperij vulgare, 8.
Arcana imperij tentare. 8.
Arcana iania, 8 17. & 243.
Arcana dominationis quæ sint, 97.
Arcana Jurisprudentiæ, 4.
Arcana Imperij pro varietate Rerumpublicar. variant, 18.
Arcana militaria, 277.
Arcani milites, 6.
Arcana Patritiorum contra plebem, 50.
Arcana periculosissima sunt si detegantur, 282.
Arcana piacularia, 6.
Arcanorum præfecti, 6.
Arcanorum præcipui authores. 49.
Arcana Principum duplicib. tabellis obsignari solita, 7.
Ars prima regni est, posse invidiam pati, 267.
Arcanorum regiorum author, 49.
Arcanum *Q. Ciceronis,* 7.
Arcana regia contra patritios, 8.
Arcana quib. colorib. imbuenda sint, 283.
Arcana regia contra plebẽ, 76. 77.

Arcana Rerumpublicarum circa quinq; versantur, 18.
Arcana Rerumpublicar. simulationes sunt licitæ & honestæ, 9.
Arcanis in Repub. non nimium confidendum, 282.
Arcanorum Reipublicæ species tres. 49.
Arcana sacra, 6.
Arcana sophismata, 5.
Arcana Theologiæ, 4.
Arcana triplicis generis, 16.
Arcanum Turcicum, 287.
Arcana variarum scientiarum, 3.
Arcana Veneris, 6.
Arcana vitæ civilis, 280.
Arcana Urbis, 7.
Arcem exstruere, 112. 114.
Aræ jus, 163.
Aristoteles cur omiserit arcana regia, 49.
Armari jura gladio, 28.
Arma privatim habere aut sumere capitale est, 58.
cum Armis in curiam ire, 128.
Arma ferre nisi militanti nō licet, 57.
Arma in Republ. optimatum habere oportet, plebs verò iisdem impunè carebit, 58.
Armamentarium Romanor, 58.
Armorum naturam invertere, 213.
Armorum positio, 58.
Armorum possessio, 58.
Ars militaris quomodo differat ab Arcanis bellicis, 278.
Artes emolliendi hostem ferocem & barbarum, 262.
Ars Romana, 212.
Artes Reipub. constituendæ, 1.
Artes serviles, sed necessariæ pro dominatione, 264.
Artifices & Ars, 8.
Artibus, quæ iniquitatis speciem repræsentant interdum opus esse boni publici causa, 2.
Assassinatus crimen, 212.
Asyla quib. concessa, 162.
Asyla domus facinorosorum, 162.
Asylorum jus & utilitas, 162.
Asylorum apertio, 161.
Asylorum abusus, 164.
Asylum Mosis, 162.
Augustus consulatum vigesimo ætatis anno à Senatu vi extorsit, 78.
Augusti prudentia in eligendo successore, 120.
Augustus 37. annis tribunus fuit, 147.
Augustæ legib. solutæ non fuerūt, 25.
Augusti adulteria, 204.
Augustus Loricatus, 128.
Aula disjuncta sit à Repub. 211.
Aulici boni character, 87.
Auricularij, 228. & 229.
Auspicia penes solum Principē, 121.
Auspicia penes patritios, 139.
Autoritas distinguitur ab Imperio, 21.
Autoritates, 21.

B.

Bandinus interfectus, 136.
Βασιλευτὸν γένος ἀνθρώπων: *Lati: Aulici Politici, hodiè* Hoffleute 82.

Belli

Belli commercia, 153.
Bellum iustum gerendum, 133.
Bellum inferre sine causa, 221.
Belli varias causas ementiri, 221.
Bella civilia parturiunt regnũ, 76.
Bella civilia avertenda in populari statu, 76.
Belli simulacra, 246.
Bellum indicere, 41.
Blandimenta varia in plebem, 270.
Blandimenta, 243. & 8.
Blanditiæ, 279.
Bohemiæ regis dignitas in eligendo Imperatore, 285.
Bona regia diripere, 75.
Bono publico omnia consilia meritò postponenda, 9.
Boni publici dignitas & cura, 9. 156.
Bonum publicum respectu rerum privatarum non esse metiendum, 9.
Bonum publicum, 9.
Breviarium Augusti de rebus Imperij, 227.
Brutus an rectè Cæsarem interfecerit, 239.
Brutus quare sustulerit liberos suos 66.

C.

Cacinæ & Cerialis μεγαλοψυχία, 278.
Cæcina num iustè interfectus, 176.
Καινοπολιτεία Ioan: Victorij I Cti, 289.
Cæsaris præpostera festinatio, 252.
Cæsaris solæcismus, 128.
Camera Imperij, 286.
Campi dominus, 53.
Cancellarij, 109.
Canib. salutem suam vallare, 128.
Carceres privatos habere, 116.
Cartæ secretæ, 109.
Cartophilacij, 109.
Carnificina animorum, 215.
Castra ædificare, 113.
Casu oblata flectere ad consiliũ, 280.
Κατασκευάσματα, 8.
Catilinaria coniuratio. 134.
Catonis studium adversus publicanos, 160.
Cavillator, 230.
Cautelæ I Ctorum quid valeant in arduis negotijs. 288. & 296.
Cella Imperatorum, 7.
Census anima rerumpublicarum, 186.
Censuales publici, 108.
Centuriones, 238.
Cicero Loricatus, 140.
Chirographum imitari nefas, 107.
Christi effigies, 128.
Cives an expediat exerceri armis, 59.
Cives natura feroces, armis instructi facilè rebellant,
Cives dissentientes habere Ius legationis, 38.
Cives nimis potentes dejicere, 187.
Cives Aristocratici, 73.
Cives democratici, 73.
Cives regij sive regnũ appetentes 73.
Cives exprimendi sunt ut succus supersit, 226.
Civilitas Senecæ, 289.
Civib. bona auferre, 185.
Civi Romano crucẽ dealbatum constituit Galba, 146.
Civis Romani privilegia, 146.

in Civitate libera linguam mentemq; liberas esse oportere, 266.
Claudij matrimonium cum fratris filia, 167.
Claudianum S C̄tum, 105.
Clementia in principe, 150. 151.
Clientelæ nimiæ suspectæ, 111.
Clypei suppositio, 115.
Concordiam retinendam esse per æqua & iniqua, 270.
Condemnatio, Virginij, Sempronij, Pomponij, Furij, 238.
Condemnatos absolvere solus Reipubl. princeps potest, ejusq; rei exempla, 35.
Coercitio alit rumores, 267.
Congiaria militibus dare, 263.
Coloniarum deductio ad frangendum plebis impetum instituta, 63.
Coloniæ sedes servitutis, 63.
Colloquij speciæ imponere, ejusq; rei exempla, 216.
Colorem & titulum quærere accepti imperij, 77.
Commeatus, 105.
Commeatum concedere, 36.
Commendare candidatos, 29.
Commenta belli. 4.
Comitiorum Jus, 256.
Comitiorum imaginem relinquere senatui, 256.
Concionatores, 145.
Concubinæ Davidis in custodia retentæ, & quare, 170.
Conjurationis causa interdum ablatio bonorum, 186.
Conjurationis conscij puniendi, 179.
Conjuratorum sobolem punire, 182.
Cojurationum socij non anxiè inquirendi, 181.
Cononis gravitas, 149.
Consensus solius ratione nemo ad pœnam obligatur, 179.
Consilia arcana stabiliendæ libertatis, 75.
Consilia Aristocratica adversus plebem, 65. 66.
Consiliarij boni, 93.
Consilia Imperatoria, 4.
Consilia de principis salute, 125.
Consilia extrema omniū optima, 184.
Consilia humana, 151.
Consilia Machiavellistica, 200.
Consilium ab imperio sejungitur, 21.
Consilium scelestum Alexandri Pontificis, 209.
Consulari honore affici, 250.
Cōsultores ex patritijs cōstituere, 274.
Consules Romani, 235.
Constātinopolis sedes Imperij, 226.
Constantinus, 122.
Consul non potuit alibi quam Romæ creari, 88.
Cōstitutio de religionis libertate, 215.
Cōtumaces discernere ab obseqosis, 82.
Conventus & Cœtus, 138.
Cōvēt⁹ & cōciliabula periculosa, 127.
Conventicula prohibita, 127.
Corrhois imprudentia in successore eligendo, 120.
Coronæ turritæ fœminarum, 251.
Cosmus armatus. 128.
Cosmus Medices perpetuus dux creatus

tus à senatu invito, 78.
Creatio duorum consulum, 248.
Creatio Magistratus arcanum regium contra patritios, 83.
Creatio Magistratuum est munus imperatorium, 29.
Creare & gerere minores magistratus, 257.
Creatio regis sacrificuli, 248.
Creationem ratihabere, 29.
Crimen assassinatus, 212.
Criminum abolitio, 180.
Crimen falsæ pugnæ, 122.
Crucem in veste ferre, 117.
Crudelitas exercenda terroris causa, 178.
Cursus publici, 106.
Κρύφια, 8.
Cursores regij sive postæ, 44.
Custodiæ regales. 129.
χωρισμοί, 5.

D.

Damnari nũ possit nõ accusatus, 178.
Damnatorum mentio ne fiat, 183.
Decemviri, 235.
Decennalia Imperij, 260.
Decimatio militum, 188.
Definitio arcanorum, 9.
Definitio Iuris Imperij, 22.
Delatores, 229.
Delinimenta, 8.
Delationes legitimæ, 230.
Delphini, 119.
ad Delicta leviora connivere, 268.
Deos novos facere, 125.
Detentio in carcere periculosa, 177.
Dialecticorũ aculeata sophismata, 5.
Dictaturam ultra sex menses retinere apud Romanos nefas fuit, 69.
Dictatura, 235.
Dicta heroum nõ facile imitãda, 157.
Dictatoris creatio, 139.
Dictatoris majestas, 140.
Dictatura semestris, 140.
Dictaturã subseqtur principat⁹, 140.
Differentia inter Imperij arcanum et Imperij jus, 18.
Differentia inter Iura & flagitia dominationis, 201.
Differentia Essentiales Rerumpublicarum, 240.
Dignitas, 21.
Dignitatis conservandæ modus, 148.
Dispensationes Papæ, 205.
Dissimulandi difficultas, 15.
Dissimulatio sæpe seipsam prodit, ejusq; rei exempla, 15.
Distinctio δικαστοῦ à Politico, 290.
Divinandi ars damnata, 126.
Divisio agrorum, 62.
Divitiæ nimiæ, nimiaq; inopia in viro magno notanda, 95.
Divortia facere pro libidine, 205.
Diuturnitas Imperiorum, 83.
Dœmagogi, 148.
Doli in contractib, 4.
Doli Medicorum, 4.
Dolorem premere, 280.
Doli & cõsilia absq; simulatione, 66.
Dolus malus, 65.
Dolus & simulatio quomodo in publicis negotijs locum habeant, 244.
Domesticis consilijs Rempublicam admini-

miſtrare, 203. 204.
Dominantia nomina, 102.
Dominationis Ariſtocraticæ arcana, 131. 139. 143.
Dominationis democraticæ arcana, 146.
Dominatio differt à Tyrãnide, 128.
Dominatione abuti, 254.
Dominationis flagitia, 200.
Dominationis magiſtri, 202.
Dominationis majeſtas, 155.
Dominatio, 100. 102.
Dominationis munimenta firmiſſima, 150.
Domini Vocabulum invidioſum Romanis, 101, 254.
Domino interfecto familiares punire, 188.
Dominatio popularis, 146.
Dominationis profeſſores Proviſores, 219.
Dominatio nimia & aſpera, ejusq; rei exempla, 236.
Dominationis regiæ arcana, 103. 108. 110. 112. 114. 120. 122. 124.
Dominus rerum, 102.
Dominus vitæ & necis, 35.
Domitianus ejusq; falſi triumphi, 122.
Dominatio Tyrannica, 100.
Dominationis vocabula, 102.
Donatio Conſtantini, 78.
Duab. ſellis ſedere, 13.
Dubitationem inducere, 79.
Duces belli appellare Imperatores, 26.
Ducum imagines in vexillis, 124.
Duplex quondam Romæ hominum genus, 86.

E.

Eadem magiſtratuum vocabula retinere, 252.
Eccleſiæ jus, 164.
Eccleſiæ vulnera leniter tractanda, 207.
Ἐκ παραγωγῆς *agere,* 65.
Effigies principis, 124.
Εἴρων, 80. 230.
Electio Imperatoris, 285.
Electio in Imperio, 89.
Electoris Palatini dignitas, 89.
Elizabethæ Reginæ Angliæ edictum, 121.
Ἐνδόμυχον, 4.
Equitatus Romanus & Turcicus, 60.
Erbeinigung / 91.
Erbverbrüderung / 91.
Evocatorum cuſtodia, 129.
Euſebij ſupplicium, 218.
Exempla eorum qui per ſuſpitionum nebulas noxij judicati & interfecti ſunt, 218. 219.
Exercitum appellare non ſuum, ſed pop. Romani, 261.
Exilium voluntarium, 175.
Exparta mulier, 168.
Expreſſa quædam interdum magis nocent, quam omiſſa, 244.
cum Exule converſatio periculoſa, 127.

F.

Fabricenſibus non licebat olim arma privatis vendere, 41.
Fictiones alere, ſed cavere ne erumpant, 70.

Factiones artificiosè dirimere, 71.
Fallacia, 8.
Fama, una principum cura, 149.
Famæ conservandæ modus, 148.
Familiæ ex ærario sustentandæ, 143.
Familijs exstinctis novæ substituendæ, 143.
Fasces imaginarij, 140.
Fasces & insignia submittere, 272.
Fati vis, 151.
Ferias pro consuetudine dare, 272.
Ferire per ornamenta, 230.
Fictiones Mathematicorum JCtorum, 5.
Fides aut non danda aut data servanda, 215.
Fides & relligio termini Juris, 161.
Figmenta Rerumpublicar. 8.
Filiam fratris in uxorem ducere, 167.
Filij parentum criminum hæredes, 182.
Filij illegitimi non succedere debent in regno, 169.
Filij proscriptorum ad honores ne admittantur, 189.
Finis arcanorum duplex, 9.
Flagitia Aristocratica, 235.
Flagitia communis vitæ, 279.
Flagitia dominationis, 202.
Flagitia dominationis triplicia, 204.
Flagitia dominationis popularis, 237.
Flagitia militiæ, 276. 277.
Flagitia regia. 204.
Flagitiorum regiorum exempla, 232. & 233.
Flammam invidiæ sug gerere, 70.
Flumina corrumpere, 213.
Fœdere sepulcrum ante mortem, 121.
Fœdera inire, 41.
Fœmina interdum pestis generis humani, 167.
Fœneratores, 191.
Forma Reipub. in ipsa Vi Imper. 274.
Fratrem, se profiteri civium, 255.
Fortunam Principes in ærario suo colebant, 123.
Fortunæ aureæ missio signum traditi Imperij, 115.
Fortunæ principalis insignia, 117.
Fridericus primus, 181.
Friderici I. magnitudo animi, 150.
Fumi poetici, 146.
Fürstliche Landobrigkeit/ 20.

G.

Galbæ solœcismus, 120.
Gallorum Imprudentia in deserendo Mediolano, 131.
Geheime Reichssachen/ 8.
der Gewaltige/ 21.
Gesehzliche Rechte/ 201.
Germani imperatoribus formidabiles, 113.
Germanicæ linguæ dignitas, 145.
Germanici magnanimitas 148.
Germanici prudentia, 122. 151.
Germanorum comitiorum summa, pecunia, 270. 271.
Germanorum custodia, 129.
Germanorum hodiernus belligerandi mos, pugnare ex decretis, 46.
Gesta. 109.

Gesta præclara ad principem referre, 122.
Gladium non tradere, 250.
Gravitas principis, 149.
Gritti Veneti consilium, 185.
Gubernatio moderata, 95.
Gubernatio paucorum si concors est non facilè a se ipso ruit, 71.
Guisius num jure interfectus, 177.
Gustatores regum, 129.
Gutt Käiserisch / 86.

H.

Hæredes & successoris in Imperio cautio, 120.
Hæres imperij certus, 90.
Hæredis mentio num fieri debeat in vasto Imperio, 118.
Hæredis præsentia & certitudo aliorum spes tollit, 91.
in Herba opprimere, 176.
Herrschafft / 100.
Honestas cedit utilitati, 158.
Honoribus aliquem restituere, 36.
Honores urbanos offerre, sed non nisi præsenti, 68.
Hostis non recte extra castra & exercitum interficitur, 213.
Hostibus jura civitatis dare, 164.
Hybernaculorum ædificatio, 62.

I.

Janitscari, 110.
Imagines ducum & Imperatorum in vexillis, 124.
Imaginum Jus, 163.
Imago sinere, 243.
Imperantes crebro mendacio & fraude uti oportere ad commodum subditorum, ejusq; rei exempla, 12.
Imperator summus sacerdos, 32.
Imperatorum jurisdictio, 56.
Imperatores Romani maledicendi licentiam populo indulserunt, 266.
Imperatores Loricati iverunt in curiam, 128.
Imperatoris spetiosa vis atq; majestas, 285.
Imperatoria majestas, 123.
Imperia crudelia, 151.
Imperia magna committenda potius togatis quam militaribus viris, 84.
Imperij caput, 285.
Imperij æmulos è medio tollere, 203.
Imperij inania, 243.
Imperij limites constituendi, 132.
Imperij membra quatuor, 285.
Imperij res alienare, 223.
Imperij simulacra, 8.
Imperij sedes non deserenda, 129.
Imperij speciem comunicare cum senatu, sed omnia moderante principe, 256.
Imperij summa capita penes quos sunt, secundum illos de forma Reipubl. statuendum est, 274.
Imperio non utendum, ubi legibus agi potest, 220.
Imperiorum artifices, 219.
Imperiorum diuturnitas in populari statu periculosa, 76.
Imperium biceps, 32.
Imperium amore relligionis se ipsum exhausisse, 32.
Imperium à clemẽtia auspicãdũ 150.

Imperium nemini diu cōmittēdū, 69.
Imperium Germanorum, 241.
Imperium Germanorum, deq; eo quædam recondita, 284.
Imperium militare, 45.
Imperium propriè quid, 20.
Imperium Tac. vocat arbitriū, 22.
Imperium sine hærede facilè in aliam rempubl. mutat, 90.
Imperium finere, 243.
Imperium sine vectigalibus retineri nullo modo potest, 222.
Impuberes supplicio non afficiebantur, nisi prius induta toga, 27.
Inania famæ, 246.
Inania honoris, 246.
Inania & imagines belli, 246.
Inania jubendi jura, 243.
Incipere omnia per consules, 252.
Indulgere quædam plebi, quæ postea revocari possunt, 269. 271.
Infans Hispaniarum, 119.
Infrunitus, 245.
Ingeniorum diversitas in vastis rebuspublicis, 82.
Ingeniorum diversitas in senatu Romano, 258.
Inimici laudantes, 230.
Innominabiles, 76.
Iniquitas bono publico recompensatur, 160. 191.
Injurijs neminem afficere, 150.
Inquisitio pontificia, 231.
Insignia & Imperia ne separētur, 118.
In parvis negotijs nonnunquam à justitia deflectendum, 2.
Intellecta dissimulare erga militē, 278.
Itinera observare, 105.
Invidiam facti in ipsos reos transferre, 269.
Interregni tempore Majestas Imperij ad Electores devolvitur, 89.
Interpretatio Juris publici, 288.
Judex jus vitæ & necis non habuit, sed solus princeps, 36.
Judex Μεσόδικος, 37.
Judex sententiam in acta relatam mutare nequit, 36.
Judicialis subtilitas, 153.
Judiciarius ordo, quando observari debeat, 177.
Judicium supremum, 40.
Juliani Medicis popularitas, 255.
Julij Cæsaris mors & causa, 128.
Julius Mediceus repudiatus, 169.
Jura colloquij & hospitij apud Turcas ferè nulla, 217.
Jura colloquij sanctissimè observarunt Romani, 217.
Jura communis vitæ, 278.
Jura dominandi inserviunt relligioni, 194.
Jura dominationis Aristocraticæ, 186.
Jura dominationis, regni, 9.
Jura dominationis democraticæ, 192.
Jura dominationis metienda ex salute Reipubl. 185.
Jura dominationum strictè accipienda, 169.
Jura dominationum triplicia, 161.
Jura Imperij penes eos solos esse debent qui imperant, 22.
Jura majestatis, 99.

Juramen-

Juramentum de salute populi, 64.
Jura militaria, 276.
Jura palatina aulæ, 202.
Jura quæ repugnant legi divinæ, sunt flagitia, 160.
Jura manu claudere, 40.
Jura summa imperij, 19.
Jura militaria summi ducis, 46.
Jura ordinis reddere, 36.
Jura spoliorum, 276.
Jurare neminem passurũ regnare, 75.
Jurare se restituturum Imperium decennio post, 260.
Jure comitiorum nullum sanctius atq; antiquius, 28.
Juri dominationis omnia cedunt, 154.
Juris belli iniquitas, 154.
Juris limites & termini, 161. 191.
Juris malitiosæ interpretationes, 200.
Juris nomine dignum, 194.
Juris privati obscuritas, 153.
Juris privati et publici differẽtia, 152.
Juris publici summa, 153.
Jus aliquando injustitia, 160.
Jus armorum, 41. 57.
Jus in armis ponere, 22.
Jus belli, 163.
Jus colloquij violare, 216.
Jus comitiorum primum fuit p. Rom. deinde ad patres translatum est, tandem ad principem, 29.
Jus consulum, 20.
Jus cruentum, 200.
Jus dandi jura civitatis, sive spiritum & vitam dare civitatibus, 45.
Jus dominationis & Imperij differunt, 158.
Jus dominationis differt ab arcanis, 157.
Jus dominationis quid sit, 156.
Jus dominationis regiæ, 161.
J⁹ dominationis variè appellatur, 155.
Jus fœciale, 42.
Jus & sacra legationis, 37.
Jus gratiæ, 233.
Jus hospitij violare, 216.
Jus humanum, 153.
Jus imperij in duob. consistit, 23.
Jus Imperij, 244.
Jus in manu positum, 159.
Jus instituendi cursus publicos, 44.
Jusjurandum per principem, 225.
Jusjurandum violare ne quidem abjectissimo homini decorum, 215.
Jus nullũ plus potest, quam arma, 233.
Jus nundinarum, 44.
Jus rerum sacrarum olim penes reges & Imperatores, summumq; Senatum fuit, 31.
Jus Senatorium, 227.
Justitia aliquando deserenda, 174.
Jus triumphi, 42.
Juventus pro natura Reipublicæ educanda, 66.

K.

Keiserliche oder Fürstliche reservaten, 9.
Kockisanus, tuba, 145.

L.

Landtsteuwr/ 44.
Lapsus linguæ, 266.

Largitiones nimiæ pernitiosæ, 137.
Largitiones temeritatis invitamenta, 138.
Laticlavium, 144.
Latinæ linguæ observantia, 144.
Legatio libera, 105.
Legatorũ liberà administratio, 46.
Legatos amplecti, 250.
Legatus bellicus, 121.
Legem regiam ante Vespasiani imperium nullam fuisse, vel si fuerit, aut emendicatam, aut vi fuisse extortam, 78.
Leges ad præsentem Reipub. statum conformandæ, 66.
Leges dare & abrogare ejusdẽ est, 27.
Leges ferre summi imperij est, 27.
Leges parum valent apud populum, 2.
Leges, quæ prosunt, bonæ sunt, 160.
Leges repugnant juri ordinario, 196.
Legibus fraudem facere, nemini licet, ejusq; rei exempla, 27.
Lex Charondæ, qua patritij puniti sunt olim, nisi postulati jus dixissent, plebeij verò non item, 56.
Lex Gabinia, 24.
Lex de Imperio Syllæ, 211.
Lex de Imperio Vespasiani, 211.
Lex Licinia, 73.
Lex Macedonum, 183.
Lex Majestatis, 231.
Lex Portia, 146.
Lex repetundarum, 73.
Lex Valeria, 191.
Lex Valeria de Imperio Syllæ, 78.
Lex victa, 25.
Liebe getreuwen / 86.
Libertas, 101.
Libertas vitiosa, 237.
Libertas digna lege regi, 237.
Libertas dicendi, 265.
Libertatis umbra, 243.
Librorum spetiosi tituli, 245.
Licentia soluta, 101.
Lictores, 140.
Limitare, 155.
Limites Imperij sub Augusto, 133.
Litteræ senatoriæ, 227.
Loquaces, litui, & tubæ ad excitandam plebẽ adversus patritios, 145.
Loricati Imperatores, 128.
Ludificatio, 8.
Lupanaria admittere, 190.

M.

Machiavellisticæ, 202.
Machiavellus falsò arguit Romanos irreligiositatis, 206.
Machinamenta, 8.
Magistri plebis, 202.
Magicam exercere, 126.
Magi, 126.
Magistratui Æduorum finibus suis excedere non licebat, 147.
Magistratus, 56.
Magistratus officium non solum tribuendum, esse volentibus, sed & nolentibus, 54.
Magistratus summum imperium non est, 55.
Majestas armat principem, 149.
Majestas propria est summi Principis, & olim consulum, 20.
Majestas Imperatoria legibus armata, 28.

Majestatis accusatio omnium accusationum complementum, 231.
Majestas externa Senatus Romani, 3.
Malle videri, quam esse, 245.
Manduci, 3.
Magnanimus, 149.
Manu agere & obtendere, 159.
Manum principis imitari, 107.
Marcelli Historia de suspitione læsæ majestatis, 124.
Martij vaticinium, 150.
Masinissa, 128.
Mathematica falsa & vera, 126.
Mathematica metropolis scientiarum 126.
Matrimonia in fœminis augustis non sunt libera, 169.
Matrimonij maxima cura in fœminis augustis, 169.
Matrimonia multum valent ad occupanda Imperia, 170.
Matrimonia patritijs non ineunda cum plebeis, 142.
Matrimonium ad majora nitenti decus & robur, 170.
Media via in præruptis negotijs periculosissima, 14.
Memoriam Tyrannorum, eorumque qui regnum affectaverant, damnare, 75.
Mendacia in Repub. 12.
Militaris gloria propria principi, 123.
Militaris jurisdictio secura, 166.
Militiæ Romanæ dignitas, 60.
Milites alloqui ex tribunali, 277.
Milites commilitones appellare & victores gentium, 276. 277.
Milites seditiosi quomodo per artes disjungendi, 61.
Milites seditiosos appellare pios, 264.
Militum favor non facile ambiendus, 110.
Minora indulgenda, ut majora captes, 272.
Minus dicere, quam sentire, 280.
Modus extraordinarius, 197.
Mœnia sancta, 112.
Monetarum Jus, 33.
Monetas cudere, 33.
Monetam imagine principis signare nefas fuit, 34.
Monetarum jura in Germania distracta, 34.
Monetas sua imagine signare præter principem nemini licuit, 34.
Monumenta publica, 109.
Monumentum regium, 149.
More regio agere, 205.
Μορμολυκεῖον, 3.
Mortalium natura est non contentum esse præsenti statu, 75.
Mortalium optimos altissima cupere, 86.
Muniendi jus, 112.
Munimenta Imperij, 91.
Murorum demolitio, 113.
Murorum transilitio, 112.
Mutatio principis periculosa, 91.

N.

Necessitatis vis, 166.
Ne duo vel plures in optimatum Repub. ex una familia eodem tempore magnos magistratus gerant, 71.

Ne extra Romam creetur princeps, 88.
Ne magna Imperia ab una familia præscribantur, 72.
Nemini bis deferendus idem Magistratus, 69.
Nemo sine accusatore temerè damnandus, 220.
Ne peregrinus creetur pontifex, 89.
Ne quis proprio sumptu ludos edat, 84.
Ne quis Jura Majestatis tractet præter Principem, 92.
Ne unus aliquis supra reliquos nimis crescat, 68.
Neronis adulterium, 191.
Neronis insidiosa civilitas, 262.
Neronis matricidium, 193.
Nimijs remedijs delicta nonnunquam irritari, & quomodo, 268.
Nimis elatum non præcipitare, 69.
Nobiles ab Epistolis, 108.
Nobilium naturalis superbia morandi in Imperijs, 69.
Nomina meditamenti, 108.
Nomina superba, 251.
Nomina summæ curæ, 108.
Νομοφύλακες, 109.
Non nimis Aristocraticum esse, 65.
Non omnia omnib. decora, 265.
Non cives cives appellare, 274. 275.
Nuptiæ, quæ libidinis causa fiunt, illegitimæ, 166.
Nuptiæ ad principum dignitatē, 168.

O.

Obsequiosi, 82.
Obsides, 184.
Obsides quando liceat punire, 184.
Occulta consilia, 8.
Oculis conniventib. agere, 268.
Ωδῖναι Rerumpublicar. 76.
Odia clandestina magis nocent, quam aperta, 281.
Odium hæreditarium plebis adversus patritios,
Officiorū in Republica distinctio, 288.
Olera abscindenda ita sunt, ut succus remaneat, 226.
Onera magistratui addere, quæ plebem à Reipublicæ administratione absterreant, 64.
Operam suam quicunq; ingerit suspectus est, 80.
Optimates in Aristocratia ne facilè cedant plebi, 67.
Opus πολιτικόν, 71.
Orator publicæ causæ, 38.
Ornamentis regijs abstinere, 254.
Ordinum in Imperio συμφωνία, 285.
Ostentatio ventosa Sejani, 246.
Ostentator, 245.
Ostracismus, 188.

P.

Pacta gentilitia de mutua successione, Germani vocant Erbverbrüderunge. 91.
Panis propositionis, 196.
Parmenio an jure interfectus, 177.
Parricidium, 193.
Pasquilli & prurigo scribētium, 267.
Patritij armati, 140.
Patritij cū plebeis ne cōtrahant, 142.
Patriæ hostes interficere licet, 192.

Patres conscriptos in Oratione præponere Cæsari, 261.
Particulã Reipub. tradere plebi, 271.
Patritij pauperes ex ærario sustentandi, 142.
Patritij lictores habere non debent, 147.
Patritij supplicijs ne afficiantur, 139.
Patritijs pœna indicenda nisi ad comitia veniant, plebi verò non item, 53.
Patritiorum arcana adversus plebem versantur circa quinq;, 51.
Patritiorum & Principum artes, 60. & 61.
Patrum absentia periculosa, 141.
Pauperes qui divites fuerunt, difficilè est res novas non moliri, 95.
Peccare in Republ. cum beneficio, 5.
Pecunia hostes exuere, 116.
Pecunia nervus belli, 154.
Pecuniam spargere, 116.
Pejerans fussib. cædatur, 124.
Peregrini ne præponantur incolis, 95.
Perduellis, 99.
Pericula dissimulare, 280.
Persona publica, 211.
Philotas ob contemptum patritij sermonis accusatus, 144.
Pejuratiunculæ parasiticæ, 215.
Pilatus cur capitis supplicio affectus, 160.
Plebem invitare, 273.
Plebem benignè salutare & alloqui, 273.
Plebem laudare. 265.
Plebẽ vocare ad deliberationẽ, 274.
Plebem voluptatibus frangi atq; conservari, 263.
Plebejos consiliarios facere, 273.
Plebeis impune ab armis abstinere licet, patritijs non item, 60.
Plebi concedere inanes prærogativas, 272.
Plebi licere in Optimatum Republica renunciare Magistratui, patritijs verò non item, 55.
Plebi potestatem committere scissendi ea, quæ antea ab Optimatibus decreta sunt, 274.
Plebi potestatem relinquere ferendi leges de non magnis rebus, 275.
Plebi una cura annonæ, 270.
Plebis litui & tubæ, 145.
Plebis natura, 80.
Plebis non facilè prima nox, 239.
Plebs ab imperio remota hostis est ejusdem, 52.
Plebs indignatur se contemni ac præteriri, 53.
Plebs magis occupatur rebus privatis, quam publicis, 53.
Plebs sui tantum rationem haberi postulat, 57.
Plebs obliquis artibus à Reipubl. administratione deterrenda, 53.
Plebs tractanda leniter, 271.
Pelbs verbis se ulciscitur, 266.
Plebs ubi nihil de Imperio habet, id malæ Reipubl. signum est, 243.
Plusquam civilia agitare, 80. 82.
Podebradius, 145.
Pœnitentia, 180.

Πολίτευμα, 1.
Politicæ variæ artes, 13.
Πολιτικῶς *se gerere,* 14.
Pompoſianus interfectus, 126.
Pontificis accuſatio apud Univerſale *conſilium,* 233.
Pontificis legatus in Germaniam ne veniat, 105.
Pontificum Romanorum arcana conſilia, 257.
Pontifices Romani jus rerum ſacrarum involarunt, 32.
Pontificum Imperium, 78.
Populares, 82.
in Populari Republ. cavendum ne plebs penuria laboret, 74.
in Populari Repub. opera danda, ut nimis potentes per vectigalia emungantur, 74.
in Populari ſtatu rationem rerum geſtarum à Magiſtratu ſæpenumerò petendam eſſe, 73.
Populi voces non audiendæ, 177.
Populo invito aliquid obtrudere periculoſum, 50.
Populi Romani libertas, 89.
Populum docere pecuniam publicam in Reip. ſplendorem converti, 67.
Populus per ſimulacra tractandus, 2.
Portorijs & tributis liberare plebem, 269. 270.
Poſtas inſtituere, 106.
Poteſtas differt ab Imperio, 21.
Potum prægustare, 129.
Pragmaticorum Ἐμπειρία, 257.
Prædictiones periculoſæ, 126.
Præfectus prætorio officium. 84.
Prœmia militum, 111.
Prætoriani milites, 264.
Prætorianis ſignum dare, 115.
Prætorianorum militum authoritas, 110.
Prætor urbanus, 56.
Prætorianos alloqui, 110.
Prævenire ijs qui nocere poſſunt, 171.
Preces Tyrannorum vim neceſſitatis habent, 233.
Primores Romanorum cum fruſtra plebem à Magiſtratus officio pellerent, rem ad relligionem converterunt, 63.
Princeps à Deo ſolo leges accipit, 27.
Princeps etiam hoſtis non interficiendus, 135.
Princeps exemplo major, 26.
Princeps ipſa jura Imperij tractat reliqua ſenatui concedit, 259.
Princeps fons & caput legum, 168.
Princeps juventutis, 119.
Princeps omnia poſſidet, 185.
Princeps omnia quæ ad majeſtatem regni pertinent, ſolus adminiſtrare debet, 93.
Princeps pius, 150.
Princeps profanus vitandus, 169.
Princeps ſenatus & civitatis, 254.
Princeps ſine principatu. 243.
Princeps ſummus judex, 40.
Princeps ſuſpitione carere debet, 200.
Principatus, 20.
Principatus armis quæſitus armis defendendus, 128.
Principatus conſortem nō patitur, 93.

Prin-

Principatuum divisio pernitiosissima, 93.
Principem bonum & salutarem senatui servire debere, 262.
de Principe sinistrè loqui nefas apud Turcas, 266.
Principem cum omnia possit, res tamen Imperij abalienare non posse, 223.
Principes Romani soluti legibus, 24.
Principes Romani alios certis legibus solverunt, 25.
Principes sancti. Dij & æterni, 124.
Principi nihil injustum, quod fructuosum, 201.
Principis boni est viros prudentes in consilium vocare, 93.
Principis cædes, 135. 136.
Principis cordati officium, 150.
Principis delictum Respubl. lucre non debet, 225.
Principum acta, 136.
Privata sacra habere, 125.
Privatæ opes distrahi possunt, publicæ non item, 224.
Privatas injurias in Magistratu ulcisci, 200.
Profusiones principales an à successorib. retractari possint, 224.
Promontorium flectere, 12.
Promulgare aliorum decreta, 273.
Propugnaculorum usus, 113.
Proscriptiones Syllæ, 236.
Provinciam solito more intrare, 271. 272.
Provocatio ad populum, 39.
Provocatio extrema ad populum, 39.
Provocatio immortalis Dei ad populum ex sacris, 26.
Prudentia apud Aristot. duplex, & utriusq; usus, 11.
Prudentia civilis triplex, 48.
Pugio & gladius insignia imperij, 35.
Ptolomæus, 120.
Publica à privatis secernere, 153.
Publica negotia, 153.
Publicarum ac privatarum rerum diversitas, 172.
Publicè scribere, 107.
Purpura sacra, 116.
Purpurea inscriptio solius imperatoris, 117.

Q.

Quadruplator & interceptor litis alienæ, 232.
Quæstores, 109.
Quæstura primus gradus ad dignitatem, 257.
Quinquennalis Florentinorum redintegratio, 67.

R.

Rationaria principum, 227.
Ratio victoriæ, 212.
Recedere à regula ppr excellentiam personæ, 168.
Ratio interpretandi fœdera, 290.
Ratio interpretandi Jus publicũ, 288.
Referre ad populum de rebus decretis, 288.
Referre de omnibus rebus ad patres conscriptos. 258. 259.
Regalia quomodo differant à Jure Imperij, 44.

Reges Romanorum, 119.
Reges Romani adstricti legib. 24.
Regia vela, 116.
Regia verba, 205.
Regio more agere, 205.
Regna per gladium tradi, 35.
Regnum, 20.
Registra publica; 109.
Regis non regia petitio, 249.
Regni causa sceleratum esse, 201.
In Regno quibus potissimum Imperia demandanda & proroganda sint, 86. 87.
Regni instrumenta, 102.
Regem esse & regio imperio uti differunt, 236
Reijcere quædam ad senatum, ut coercitionem luxus in vasis, vestibus &c. 259.
Reichssteuwr/ 44.
den Rechten jhren gewohnlichen Lauff lassen/ 231.
Reges & sacerdotes, 31.
Regium sepulcrum, 241.
Reguli, 119.
Regum Imperia, 154.
Reipub. ægræ necessaria quies,
Reipubl. felicitas, 132.
Relligio animos percellit, 124.
Relligio falsa causa seditionis, 195.
Relligio non temere mutanda, 194.
Relligio & fides termini juris, 161.
Relligio, 194.
Relligionis thyrso plebē percutere, 63.
Remotas regiones retinere, difficile, ejusq; rei exempla, 133.
Republ. mutata species pristinæ Reipubl. linquenda, 252. 253.
Repulsa, 165.
Rem inter alios controversam sibi adjudicare, 237. 238.
Rempub. administrantes à comitijs impunè se subducere non licet, 53.
Rempublicam dicere rem populi non suam, 261.
Reos absolvere, 274.
Remedijs nimijs delicta nonnunquam irritari, 268.
Res imperij abalienare, 223.
Res imperij ignorare, flagitium est in Principe, 227.
Res militares tam legibus, quam leges armorum præsidio servari, 28.
Responsa Ictorum, 154.
Respublica hodierna, 240.
Respublica incolumis, 97.
Respublica mixta, 241.
Respublica privatim dives, publicè egena, 225.
Respublica ad principia sua revocanda, 67.
Respublica pleraq; minus composita, 160.
Respublica non potest benè geri, multorum Imperijs, 92.
Reus majestatis, 99. 124.
Rixa Regina Poloniæ *ejusq; historia de extollendis exteris*, 95.
Roma caput & sedes Imperij æterna, terrarum domina, 88.
Roma urbs æterna, 42.
Romani nimis avidè in libertatem

vuendo in servitutem lapsi sunt, 65.
Romani nunquam ad senatem retulerunt de reb. humanis, nisi prius excussis sacris, 206.
Romani peritissimi famæ conservandæ, 148.
Romanorum ducum potestas supra senatum, 46.
Romanorum publica munificentia, 67.
Romanorum relligio & pietas, 206.
Romanorum militũ ἀλαζονεῖα, 244.
Romulus, 128.
Romulus instituit, 300. *celeres*: 128.
Rubellius Plautus, 174.

S.

Sabinarum virginum raptus, 165.
Sacra legationis, 37.
Sacra & cœlestia arma, 231.
Salus Principis unicum notum,
Salus Reipubl. consistit in duobus potissimum, 1.
Σκέμματα πολιτικά, 71.
Scribæ actib. publicis olim non interer ant, 109.
Scribere militibus, 107.
Scribere publicè, 229.
Servatores & speculatores. 6.
Scuti suppositio, 115.
Secretorum arbiter, 203.
Secretorum particeps, 202.
Secunda deliberatio, 36.
Seditiones, 177.
Sævire in fœminas, 213.
Sævire in muros & mœnia, 277.
Sejanus, 178.
Sella Principalis, 117.
Senatorem pulsare, 139.
Senatores dominos appellare, 262.
Senatores pauperes locupletare, 94.
Senatores pauperes ordine suo movere, ejusq; rei exempla, 105.
Senatoribus quatenus licitum peregrinari, 105.
Senatores sancti, 139.
Senatorum Romanor. scelus, 228.
Senatui adimere belli molestias, atq; in se transferre, 261.
Senatui sedenti assurgere, 261.
Senatui tradere regendas provincias imbelles, 260.
Senatũ appellare caput Imperij. 261.
Senatusconsultum ne Christus inter Deos referretur, & quare, 32.
Senatus immortalis, 137.
Sententia Pontificum *flagitiosissima*, 233.
Servare & frangere fidem, ejusq; rei exempla, 214.
Servum servorum esse, 255.
Servitus, 101.
Severitatis usus in republ. 178.
Sicarios subornare, 212.
Sigillo mendaci uti, 107.
Signa dare, 277.
Signoria, 100.
Signa militaria, 276.
Signum bona Reipub. 242.
Silionis jactantia, 122.
Simulacra, 244. 271.
Simulacra Aristocratica, 274.

Simu-

Simulacra Aristocraticæ Reipublicæ, 252.
Simulacra Democratica, 274.
Simulacra Deorum plebi obtrudere terriculamenti causa, 3.
Simulacra dignitatis pristinæ, 247.
Simulacra Imperij & libertatis, 243. 247.
Simulacra imperij quomodo restringenda, 257.
Simulacra inania, 3.
Simulacra rationem gubernandi variant, ipsam verò rempublicam non constituunt, 274.
Simulacra Regia, 247.
Simulacra militaria, 277.
Simulacra Reipub. popularis, 263.
Simulacra Venetorum, 247.
Simulacra ubi dominantur, ubi res ipsa abest, 273.
Simulacrorum speties tres, 247.
Simulacrum Turcicum, 287.
Simulare volens à duobus cavere debet, 14.
Simulare volens ab omni parte sibi constare debet, 14.
Simulatio nimis pressa erumpit, 14.
Simulatio suspecta in composita, 15.
Simulationis limites quos egredi non oportet, 13.
Simulationis usus & necessitas, ejusq; exempla ex Ethnicis & sacris, 11.
Sociorum cura, 172.
Socios juvandi studium apud Romanos. 171.
Solida imperij fundamenta, 3.
Solœcismus imperandi, in Galba, Pisone, Pertinace, 264.
Solum vertere specie honestæ legationis, 175.
Solymanni pietas in spoliandis sacris hostilibus, 207.
Sophismata arcana mixtarum Rerumpublicar. 241.
Sophisma Romanorum adversus Ap: Claudium, 55.
Σοφίσματα τῶν πολιτειῶν, 8.
Σοφίσματα τῶν χρωμάτων, 4.
Sortitio provinciarum quinquennalis, 84.
Species corporis augusta, 149.
Spectacula exhibere populo, 263.
Spiritum & vitã dare civitatib⁹, 45.
Spõsiones Caudinæ & Numãtinæ, 41.
Statum Reipubl. per negligentiam mutari, 55.
Statio militum, 129.
Statuæ Imperatorum, 163.
Statuarum Jus, 163.
Statuas Tyrannorum frangere, 76.
Stipẽdia militib⁹ prĩceps decernit, 110.
Stupor Vitellij, 149.
Subditis regulariter non licuit mittere legatos, 38.
Subsidia domitionis, 91.
Successor Imperij ubi in incerto est, ibi facilè ad pristinum statum relabitur Respub. 90.
Summi Imperij undecim capita, 23.
Summum imperium cum invidia conjunctum, 1.
Superstitio apud plebem quantum valeat, 63.

Super-

Superstitio præstat Atheismo, 208.
Superstitio circa titulos, 255.
Supplicationes de reb. gestis à solo senatu decerni potuerunt, 31.
Supplicia atrocia, 178.
Supplicio paucorum contentum esse, 268. 269.
Suspectos ex rumore tantum ad supplicia rapere non oportet, 218.
Suspectos & potentes frangere, 175.
Σώφρων ἀπιςία, 281.

T.

Tabulæ publicæ, 109.
Tarquinius & Antonius quare indictis comitijs absuerint tamen, 54.
Tarquiniorum Tyrannica dominatio, 209.
Tela patrum, 8.
Templum munire, 196.
Theseus, 120.
Temporum homines, 14.
Tenere τὴν νάυν in negotijs fidei, 207.
Τεχνόφυον, 7.
Terrores Panici, 246.
Tiberij consilium in continuandis Magistratibus, 85. 86.
Tiberij libidines, 204.
Tiberij mira astutia in offerendo quod ipse retinere malebat, 259.
Tiberij simulatio, 12.
Tiberius callidus & novi Juris repertor, 27.
Tiberius exul imperator, 175.
Timoleontis fratricidium, 192.
Titulus invidiosus, 77.
Tituli magni, 251.
Titulos usitatos & vulgare nomen usurpare, 253.
Tollere affectus humanos & propinquorum suspiria, 232.
Transitus rerum oportunos esse conatibus, 92.
Tribunal cespiticium, 115.
Tribunal militare, 115.
Tribunicia potestas, 62.
Tribunicia intercessio, 36.
Tribunicia potestas munimentum libertatis, 91.
Tribuni plebis, 145.
Tribuni plebis sacrosancti, 147.
Tribuni præsides & custodes libertatis, 147.
Tribunis abnoctare non licuit, 147.
Tribunorum subsellia, 147.
Tribunicium auxilium, & provocatio plebis Romanæ, duæ arces tuendæ libertatis, 18.
Tribunorum intercessio, 62.
Tribunus creato dictatore manebat in potestate, 147.
Tributa nervi Rerumpubl. 222.
Tripudium, 206.
Triumphi falsi, 122.
Tuba plebis, 145.
Turca Visieros suos rebus decretis secũ in Venationem abducit, ne decreta bellica divulgentur, 6.
Turca receptis in fidem regibus preces publicas excipit. 31.

Turcæ sua lingua legatos audiunt, 145.
Turcarum fratricidia, 209.
Turcarum militia, 47.
Turcarum prætextus in occupanda Roma, 78.
Turcarum reverentia erga principem, 266.
Turcici Imperij fundamenta, 287.
Turcicorum Imperator: filij, 120.
Tutanus, 246.
Tyrannis justa, 100.
Tyrannides pontificiæ, 209.
Tyrannor. imagines abolere, 75.

V.

Vaticinia, 125. 126.
Vectigalia à Carolo V. oppignorata an revocari possint. 223.
Vectigalia nimia excitant seditiones, 150.
Vectigalia retinacula Imperij, 186.
Vectigalia tollere, 223.
Vectigalia pro umbra, pro aere, pro captando spiritu, 226.
in Vectigalibus tota salus Reipubl. 223.
Vectigalium constitutionem indulgere consulibus, 262.
Vectigalia indicere penes solum principem est, 43.
Vela regia, 116.
Vernacula lingua, 144.
Veneti domini maris, 78.
Veneti non facile ad arma veniunt, 288.
Venetorum Arsenale, 59.
Venetorum Respubl. 287.
Vestes auratæ, 116.
Via decedere, 261.
Vicarij principum, 29.
Victis pristinum nomen relinquere, & victorum nomen assumere 256.
Victoriam non mereri, sed emere, 212.
Videri non intelligere, 28[illegible].
Vim principatus resolvi cuncta ad senatum vocando, 92.
Vincere facilius quam tueri, 133.
Virga Apostolicæ autoritatis, 231.
Virginem rapere capitale, 166.
Virtus unius magni viri in Republ. 289.
Virtutes occultare, 174.
Virum legibus solutum necessario in Republ. requiri, eaq; de causa dictatorem creatum, 25.
Virum nimis excelsi animi in bellum ablegare, 68.
Vltro facere præstat, quam necessitate cogi, 270.
Vmbra & sine honore nomen, 245.
Volligen gewalt haben/ 46.
Vngari, 30.
Vrbes delere, 276.
Vrbs non facile deserenda, 141.
Vis ac vera potentia, 244.
Vis dominationis, 200.
Vis imperij, 155. 244.
Vis potestatis, 155.
Vitellij perfidia, 149. 214. 255.

Voluntas aliquando punienda, 180.
Volumina publica, 109.
Vota pro principis incolumitate, 124.
Vsus ac dignitas arcanorum, 289.
Vtilitas, 172.
Vtilitas publica praeferenda privatis, 184.
Vxor firmamentum familiae. 170.

Ω.

Ὠτακουσταί. 228. 229.

FINIS.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0030312

Clapmarius Arnoldus.

De
Arcanis Rerumpublicarum
libri sex.
ad
Amplissimum atque florentissimum
senatum Reipublicae Bremensis.

Bremae
In Officina Typographica Johannis Wesselij
1605.

8°

12 k.n. – 292 k – 13 k.n.
[a]$_2$–[a]$_5$ – [c]–[c]$_5$; A–A$_5$ – Rr.

Opr. perg.

Clapmarius Arnoldus.

De
Arcanis Rerumpublicarum
libri sex.
Ad
Amplissimum atque florentissimum
senatum Reipublicae Bremensis.

Bremae
In officyna Typographica Johannis Wesselij
1605.

8°. 12 k. n. — 292 zk. — 13 k. n.
[a]2–[a]5 – [c]–[c]3 ; A–A3 – Rr.

Opr. perg.